DE

PARABOLARUM JESU

NATURA

INTERPRETATIONE

USU

SCHOLAE EXEGETICAE RHETORICAE.

JUVENIBUS POTISSIMUM THEOLOGIAE CULTORIBUS

APERUIT

AUGUSTUS FRIDERICUS UNGER

EIBENSTOCCA MONTANUS

REV. MIN. CAND. SOC. EXEG. SENIOR IDEMQUE SOC. HEBR. ET
COLLEGII CONCIONATORII ANTIQUISSIMI SODALIS.

LIPSIAE

PROSTAT APUD C. H. RECLAM.

CIƆIƆCCCXXVIII.

Κύριε, πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα;
ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις.

SOCIETATIS EXEGETICAE LIPSIENSIS

NUNC DECENNIS

CONDITORI

GEORGIO BENEDICTO WINER

THEOL. D. ET IN UNIV. ERLANG. PROF. O., REGI BAV. A CONSILIIS ECCLES., SEMINARII EXEGET. DIRECT.

H. T. MODERATORI

CAR. GODOFR. WILHELMO THEILE

PHILOS. DOCT. ET IN UNIV. LIPS. PROF. E.

ATQUE

SODALIBUS

ET QUI FUERUNT ET QUI NUNC SUNT

QUALESCUNQUE HAS SCHOLAS

GRATI ET GRATULABUNDI ANIMI

INTERPRETES

ESSE VOLUIT

AUGUSTUS FRIDERICUS UNGER

H. T. SENIOR.

Salutem Vobis, Societatis Conditor Sapientissime, h. t. Moderator Meritissime, dissociati jam varios in terrarum angulos Sodales Aestumatissimi, Sodales etiamnum consueti in amicam nostram convocari coronam! Vobis hunc libellum cum dicarem, non tam monumentum Vobis, quam ornamentum ipsi eram paraturus. Decorandum itaque jam et singulis Vestris, Sodales, nominibus hoc Scholarum mearum atrium curabam: ubi simul amanter agnoscetis Socius Socium, atque cognoscetis pristini Sodales posteros ac vicissim.

Ex prioris igitur quinquennii Sodalibus, singulari jam Wineri nostri libello insignitis [1]), nomina laudanda erant haecce:

JOH. CAROLUS NINNICH
OSTERFELDA NUMBURGENSIS, PHILOS. D., AD GYMN. BEROL. INSPECT

WILHELMUS WEDEL
RECTOR VETSCHAVIAE LUSAT.

---

1) *Nachricht üb. die seit* 1817 *unt. meiner Leitung bestehende exeg. Gesellschaft v. D. G. Ben. Winer d. Theol. ausserord. Prof. z. Leipzig. Voran Exeg. Bemerkk. üb. die Ironien in den Reden Jesu u. ein kleiner Nachtrag üb.* Gal. 3, 20. *Leipz.* 1822. — Obierunt a. 1822 Aug. Henr. Klemm, Lucenens., ad Gymn. Merseb. Collab. et Frid. Aug. Sonntag, Radebergens., Phil. D. (v. „*M. F. A. Sonntags kleiner Nachlass*“ *Dresd.* 1823.) et 1825., qui Sod. extraord. fuit, Gerh. Jul. Stoeckhardt, Budissanus. Praeterea praeter ordinem adscripti fuerunt Ern. Maurit. Reichel, Leisnigens., et Car. Godofr. Hartmann, Pulsnitzens., Rev. Min. Candd., 1821., Car. Fridr. Wunder, Vinariens., 1822. et Ern. Aug. Ortlepp, Scoelena Numburgens., 1823.

Posterioris quinquennii Socii:

CAR. ARNOTHEUS HENR. SCHEUBNER
LUNZENAV. MONT., PHILOS. D, AD AED. PETR. LIPS. CATECH.

ERN. AUGUSTUS BACH
BUCHHOLZA MONT., REV. MIN. CAND.

FERD. FLORENS FLECK
DRESD., PHILOS. D. ET IN UNIV. LIPS. DOCT. PRIV., AD AED. PAUL. CONC. VESPERT., CUST. BIBLIOTH. ACAD., SOC. HEBR. EXEG. PRAES. [12])

ADOLPHUS THEOD. HASE
PIRNENSIS, REV. MIN. CAND.

CAR. WILHELMUS POLLMANN
GLEINA ZIZENSIS, GYMN. ZIZ. SUBCONRECT.

CAR. JULIUS KLEMM
ZWICKAV., DIAC. BORNENS. [13])

GEORG. FRIDERICUS AUG. BEGER
DRESDENS., PHILOS. D., AD SCHOL. CRUC. DRESD. COLLAB.

ERN. CHRISTOPH. AMTHOR
ESCHENAV. BAVARUS, CONC. VICAR. ALTMUEHLENGRUND.

JOH. AUGUSTUS KOEHLER
HARTMANNSDORFA BORNENS., R. MIN. CAND., SOD. H. T. II., SOC. HEBR. SOD.

FRID. DEOFIDUS ZSCHIESCHKE
SENFTENBERGENSIS, REV. MIN. BEROLIN. CAND., SOD. H. T. III. [14])

THEOD. ALBERTUS LIEBNER
SCOELENA NAUMBURGENS., PHIL. D., REV. MIN. MAGDEBURG. CAND.

FR. ADOLPHUS HEINICHEN
PEGAVIENSIS, REV. MIN. CAND., SOC. HIST. PATRIST. SOD. [15])

---

post. ad Cor. ep. locis dissertt. II. Lips. 1824.; Conjectan. in N. T. Spec. I. Lips. 1825.; Quatuor N. T. Evv. rec. et c. commentt. perpet. ed. Lips. 1826. Vol. I. Matth. Vol. II. Marc. — 12) Scr. (praeter comment. de Luc. 17, 20 sq. in Wineri *exeg. Studien* vol. I): De regno Christi liber exeg. hist. quatt. Evv. doctrinam complect. cum excurss. argum. crit. exeg. hist. Lips. 1828. 8. — 13) ed. oratt.: *„Das Gedächtniss des Gerechten bleibet im Segen". Pred. z. Best. d. Barmherzigkeitsstiftes z. Camenz herausgg.* Schneeberg 1826.; *„Herr bleibe bei uns; denn es will Abend werden u. d. Tag hat sich geneigt". Pred. gehalt. z. Borna. Lpz.* 1827. — 14) Scr.: Enarr. Ps. 49. Lips. 1826. 8. — 15) ed. Eusebii hist. eccl. Lips. 1828.

FRID. AUGUSTUS LIEBE
OSSITIENSIS, REV. MIN. CAND. [16]
CAR. AENOTHEUS REINECKE
BLANKENHEM. THURING., REV. MIN. MAGDEB. CAND.
EDUARDUS GUST. FELLER
DRESDENSIS, REV. MIN. CAND.
CAR. EDUARDUS BOETTCHER
ROTHENSCHIRMBAC. ISLEB., REV. MIN. MAGDEB. CAND.
RUDOLPHUS ANGER
DRESDENSIS, SOD. H. T. IV., SOC. HEBR. SOD.
CAR. FRID. WILHELMUS CLEMEN
SMALCALDENSIS, AD SCHOL. LIPS. COLL., SOD. H. T. V. [17]
JUL. EDUARDUS DRESCHKE
RABENAV. DRESD., REV. MIN. CAND.
CAR. HENR. EDUARDUS LOMMATZSCH
GROSSSCHOENAV. LUSATUS, PHILOS. D., REV. MIN. CAND.
CAR. JULIUS WIMMER
WALDHEMENSIS, SOD. H. T. VI.
AUGUSTUS FERD. DAEHNE
LIPSIENSIS, SOD. H. T. VII., SOC. HEBR. ET REG. SEMINARII PHIL. SOC.
HERMANUS JUL. BACH
BUCHHOLZA MONTANUS, SOD. H. T. VIII., SOC. HEBR. SOD.
JUL. THEODORUS FRANC. SINTENIS
ZERVESTANUS, THEOL. CAND.
CAR. THEOPHILUS SCHETTLER
GREIFENDORFA WALDHEMENSIS, REV. MIN. CAND, SOD. H. T. IX.
CAR. ERNESTUS FRENKEL
DRESDENSIS, REV. MIN. CAND.
CAROLUS FRID. CHR. SCHUILER
STOLBERGA HERCYN., SOD. X., SOC. HEBR. SOD.
ERN. FRIDERICUS GELPKE
RADEFELDA LIPS., SOD. XI.
JOH. FRID. AUGUSTUS BILLROTH
LUBECENSIS, SOD. XII.
CAR. AUGUSTUS WOLF
TREUEN. VARISC., SOD. EXTRAORD., SOC. HEBR. SOD.

---

16) Scr.: *üb. Mt.* 19, 28. *od. eine v. Evangelist. u. seinen Ausll. übersehene Ironie,* in: *Exeget. Studien herausgg. von Winer B.* 1. — 17) scripsit (praeter orationem sacram et libellum polem): „*Lese-schüler*“ nebst „*Anweisung*“ *Lpz.* 1826. 8.

Amata haecce nomina ubi legeritis, consentietis profecto et grata Societatis recordatione et piis ad Deum precibus, ut „**Sacrarum Litterarum intelligentia et accurata interpretatio, ex qua omnis certa veritatis divinae et scientia et defensio ducitur**“, inter Sodales amicos porro etiam propagetur ac promoveatur. Deus adesto studiis exegeticis et Tuis, Soc. Conditor Spectatissime, et Tuis, Moderator Amantissime, et Vestris, digressi huc illuc terrarum Sodales salutati, adesto junctis hisce studiis et nostris, Amicissimi, et eorum, qui posthac convenient in gratam hancce coronam. Ita valete.

LECTORI

PARABOLARUM JESU AMANTI

S.

Cum Deus per hominum dilectorum beneficentiam in hac litterarum sede, Lipsia mea, otia mihi fecisset exoptatissima: adamatae a pueritia Parabolae Jesu ipsae me moverunt, ut singularem in iis operam ponerem. Quae si qua de sacris hisce uvis vel repererit vetera vel invenerit nova cum vinitoribus sacris utiliter communicanda: libellum exinde compositum Societas Exeg. Lips. gratulatorem emittere Sodalibus quondam suis, in vineam sacram nuper vocatis, decrevit. Adii igitur expertos ejus vineae operarios, adii largissimas quasque bibliothecas; at cognitum utrimque est, desiderari totum librum, qui ex tot rarorum plerorumque operum mole optima quaeque collecta atque per redintegratam eamque et liberam et religiosam rei considerationem varie adaucta hodiernis,

DE

PARABOLARUM JESU

NATURA

INTERPRETATIONE

USU

SCHOLAE EXEGETICAE RHETORICAE.

JUVENIBUS POTISSIMUM THEOLOGIAE CULTORIBUS

APERUIT

AUGUSTUS FRIDERICUS UNGER

EIBENSTOCCA MONTANUS

REV. MIN. CAND. SOC. EXEG. SENIOR IDEMQUE SOC. HEBR. ET COLLEGII CONCIONATORII ANTIQUISSIMI SODALIS.

LIPSIAE

PROSTAT APUD C. H. RECLAM.

CIƆIƆCCCXXVIII.

Κύριε, πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα;
ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις.

SOCIETATIS EXEGETICAE LIPSIENSIS

NUNC DECENNIS

CONDITORI

GEORGIO BENEDICTO WINER

THEOL. D. ET IN UNIV. ERLANG. PROF. O., REGI BAV. A CONSILIIS ECCLES., SEMINARII EXEGET. DIRECT.

H. T. MODERATORI

CAR. GODOFR. WILHELMO THEILE

PHILOS. DOCT. ET IN UNIV. LIPS. PROF. E.

ATQUE

SODALIBUS

ET QUI FUERUNT ET QUI NUNC SUNT

QUALESCUNQUE HAS SCHOLAS

GRATI ET GRATULABUNDI ANIMI

INTERPRETES

ESSE VOLUIT

AUGUSTUS FRIDERICUS UNGER

H. T. SENIOR.

Salutem Vobis, Societatis Conditor Sapientissime, h. t. Moderator Meritissime, dissociati jam varios in terrarum angulos Sodales Aestumatissimi, Sodales etiamnum consueti in amicam nostram convocari coronam! Vobis hunc libellum cum dicarem, non tam monumentum Vobis, quam ornamentum ipsi eram paraturus. Decorandum itaque jam et singulis Vestris, Sodales, nominibus hoc Scholarum mearum atrium curabam: ubi simul amanter agnoscetis Socius Socium, atque cognoscetis pristini Sodales posteros ac vicissim.

Ex prioris igitur quinquennii Sodalibus, singulari jam Wineri nostri libello insignitis [1]), nomina laudanda erant haecce:

JOH. CAROLUS NINNICH
OSTERFELDA NUMBURGENSIS, PHILOS. D., AD GYMN. BEROL. INSPECT

WILHELMUS WEDEL
RECTOR VETSCHAVIAE LUSAT.

---

1) *Nachricht üb. die seit* 1817 *unt. meiner Leitung bestehende exeg. Gesellschaft v. D. G. Ben. Winer d. Theol. ausserord. Prof. z. Leipzig. Voran Exeg. Bemerkk. üb. die Ironien in den Reden Jesu u. ein kleiner Nachtrag üb.* Gal. 3, 20. *Leipz.* 1822. — Obierunt a. 1822. Aug. Henr. Klemm, Lucenens., ad Gymn. Merseb. Collab. et Frid. Aug. Sonntag, Radebergens., Phil. D. (v. „*M. F. A. Sonntags kleiner Nachlass*“ *Dresd.* 1823.) et 1825., qui Sod. extraord. fuit, Gerh. Jul. Stoeckhardt, Budissanus. Praeterea praeter ordinem adscripti fuerunt Ern. Maurit. Reichel, Leisnigens., et Car. Godofr. Hartmann, Pulsnitzens., Rev. Min. Candd., 1821., Car. Fridr. Wunder, Vinariens., 1822. et Ern. Aug. Ortlepp, Scoelena Numburgens., 1823.

Posterioris quinquennii Socii:

Car. Arnotheus Henr. Scheubner
Lunzenav. Mont., Philos. D., ad Aed. Petr., Lips. Catech.

Ern. Augustus Bach
Buchholza Mont., Rev. Min. Cand.

Ferd. Florens Fleck
Dresd., Philos. D. et in Univ. Lips. Doct. priv., ad Aed. Paul. Conc. Vespert., cust. Biblioth. acad., Soc. hebr. exeg. Praes. [12])

Adolphus Theod. Hase
Pirnensis, rev. Min. Cand.

Car. Wilhelmus Pollmann
Gleina Zizensis, Gymn. Ziz. Subconrect.

Car. Julius Klemm
Zwickav., Diac. Bornens. [13])

Georg. Fridericus Aug. Beger
Dresdens., Philos. D., ad Schol. Cruc. Dresd. Collab.

Ern. Christoph. Amthor
Eschenav. Bavarus, Conc. Vicar. Altmuihlengrund.

Joh. Augustus Koehler
Hartmannsdorfa Bornens., R. Min. Cand., Sod. h. t. II., Soc. hebr. Sod.

Frid. Deofidus Zschieschke
Senftenbergensis, Rev. Min. Berolin. Cand., Sod. h. t. III. [14])

Theod. Albertus Liebner
Scoelena Naumburgens., Phil. D., Rev. Min. Magdeburg. Cand.

Fr. Adolphus Heinichen
Pegaviensis, Rev. Min. Cand., Soc. Hist. patrist. Sod. [15])

---

post. ad Cor. ep. locis dissertt. II. Lips. 1824.; Conjectan. in N. T. Spec. I. Lips. 1825.; Quatuor N. T. Evv. rec. et c. commentt. perpet. ed. Lips. 1826. Vol. I. Matth. Vol. II. Marc. — 12) Scr. (praeter comment. de Luc. 17, 20 sq. in Wineri *exeg. Studien* vol. I): De regno Christi liber exeg. hist. quatt. Evv. doctrinam complect. cum excurss. argum. crit. exeg. hist. Lips. 1828. 8. — 13) ed. oratt.: *„Das Gedächtniss des Gerechten bleibet im Segen". Pred. z. Best. d. Barmherzigkeitsstiftes z. Camenz herausgg. Schneeberg* 1826.; *„Herr bleibe bei uns; denn es will Abend werden u. d. Tag hat sich geneigt". Pred. gehalt. z. Borna. Lpz.* 1827. — 14) Scr.: Enarr. Ps. 49. Lips. 1826. 8. — 15) ed. Eusebii hist. eccl. Lips. 1828.

FRID. AUGUSTUS LIEBE
OSSITIENSIS, REV. MIN. CAND. [16]

CAR. AENOTHEUS REINECKE
BLANKENHEM. THURING., REV. MIN. MAGDEB. CAND.

EDUARDUS GUST. FELLER
DRESDENSIS, REV. MIN. CAND.

CAR. EDUARDUS BOETTCHER
ROTHENSCHIRMBAC. ISLEB., REV. MIN. MAGDEB. CAND.

RUDOLPHUS ANGER
DRESDENSIS, SOD. H. T. IV., SOC. HEBR. SOD.

CAR. FRID. WILHELMUS CLEMEN
SMALCALDENSIS, AD SCHOL. LIPS. COLL., SOD. H. T. V. [17]

JUL. EDUARDUS DRESCHKE
RABENAV. DRESD., REV. MIN. CAND.

CAR. HENR. EDUARDUS LOMMATZSCH
GROSSSCHOENAV. LUSATUS, PHILOS. D., REV. MIN. CAND.

CAR. JULIUS WIMMER
WALDHEMENSIS, SOD. H. T. VI.

AUGUSTUS FERD. DAEHNE
LIPSIENSIS, SOD. H. T. VII., SOC. HEBR. ET REG. SEMINARII PHIL. SOC.

HERMANUS JUL. BACH
BUCHHOLZA MONTANUS, SOD. H. T. VIII., SOC. HEBR. SOD.

JUL. THEODORUS FRANC. SINTENIS
ZERVESTANUS, THEOL. CAND.

CAR. THEOPHILUS SCHETTLER
GREIFENDORFA WALDHEMENSIS, REV. MIN. CAND., SOD. H. T. IX.

CAR. ERNESTUS FRENKEL
DRESDENSIS, REV. MIN. CAND.

CAROLUS FRID. CHR. SCHUILER
STOLBERGA HERCYN., SOD. X., SOC. HEBR. SOD.

ERN. FRIDERICUS GELPKE
RADEFELDA LIPS., SOD. XI.

JOH. FRID. AUGUSTUS BILLROTH
LUBECENSIS, SOD. XII.

CAR. AUGUSTUS WOLF
TREUEN. VARISC., SOD. EXTRAORD., SOC. HEBR. SOD.

---

16) Scr.: *üb. Mt.* 19, 28. *od. eine v. Evangelist. u. seinen Ausll. übersehene Ironie*, in: *Exeget. Studien herausgg. von Winer B.* 1. — 17) scripsit (praeter orationem sacram et libellum polem.): „*Leseschüler*“ *nebst* „*Anweisung*“ *Lpz.* 1826. 8.

Amata haecce nomina ubi legeritis, consentietis profecto et grata Societatis recordatione et piis ad Deum precibus, ut „Sacrarum Litterarum intelligentia et accurata interpretatio, ex qua omnis certa veritatis divinae et scientia et defensio ducitur“, inter Sodales amicos porro etiam propagetur ac promoveatur. Deus adesto studiis exegeticis et Tuis, Soc. Conditor Spectatissime, et Tuis, Moderator Amantissime, et Vestris, digressi huc illuc terrarum Sodales salutati, adesto junctis hisce studiis et nostris, Amicissimi, et eorum, qui posthac convenient in gratam hancce coronam. Ita valete.

LECTORI

PARABOLARUM JESU AMANTI

S.

Cum Deus per hominum dilectorum beneficentiam in hac litterarum sede, Lipsia mea, otia mihi fecisset exoptatissima: adamatae a pueritia Parabolae Jesu ipsae me moverunt, ut singularem in iis operam ponerem. Quae si qua de sacris hisce uvis vel repererit vetera vel invenerit nova cum vinitoribus sacris utiliter communicanda: libellum exinde compositum Societas Exeg. Lips. gratulatorem emittere Sodalibus quondam suis, in vineam sacram nuper vocatis, decrevit. Adii igitur expertos ejus vineae operarios, adii largissimas quasque bibliothecas; at cognitum utrimque est, desiderari totum librum, qui ex tot rarorum plerorumque operum mole optima quaeque collecta atque per redintegratam eamque et liberam et religiosam rei considerationem varie adaucta hodiernis,

Amata haecce nomina ubi legeritis, consentietis profecto et grata Societatis recordatione et piis ad Deum precibus, ut „Sacrarum Litterarum intelligentia et accurata interpretatio, ex qua omnis certa veritatis divinae et scientia et defensio ducitur“, inter Sodales amicos porro etiam propagetur ac promoveatur. Deus adesto studiis exegeticis et Tuis, Soc. Conditor Spectatissime, et Tuis, Moderator Amantissime, et Vestris, digressi huc illuc terrarum Sodales salutati, adesto junctis hisce studiis et nostris, Amicissimi, et eorum, qui posthac convenient in gratam hancce coronam. Ita valete.

LECTORI

PARABOLARUM JESU AMANTI

S.

Cum Deus per hominum dilectorum beneficentiam in hac litterarum sede, Lipsia mea, otia mihi fecisset exoptatissima: adamatae a pueritia Parabolae Jesu ipsae me moverunt, ut singularem in iis operam ponerem. Quae si qua de sacris hisce uvis vel repererit vetera vel invenerit nova cum vinitoribus sacris utiliter communicanda: libellum exinde compositum Societas Exeg. Lips. gratulatorem emittere Sodalibus quondam suis, in vineam sacram nuper vocatis, decrevit. Adii igitur expertos ejus vineae operarios, adii largissimas quasque bibliothecas; at cognitum utrimque est, desiderari totum librum, qui ex tot rarorum plerorumque operum mole optima quaeque collecta atque per redintegratam eamque et liberam et religiosam rei considerationem varie adaucta hodiernis,

juvenum potissimum, usibus traderet. Constitui itaque mecum, Deo auxiliante eum componere librum. Cujus quidem auctiorem paulatim hanc in mente informavi effigiem: librum volebam, qui sine ulla praejudicata in magistrive verba juratâ opinione, Parabolarum Jesu naturam, interpretationem, usum tanta cum simplicitate et veritate, quanto cum amore ac vigore, doceret, ita quidem, ut simul, quae ab antiquissimae et nostrae memoriae interpretibus passim observata superessent, si vere monerent, gratus propagaret; sin secus, sed vulgo ac speciose, verecundus reprobaret; juvenum vero mentes animosque ad rei sanctae contemplationem, aestimationem, usum provocaret ac praepararet.

Cui speciei (ideam Plato appellat) quam similis dissimilisve prodierit libellus meus, periti ejus generis atque aequi Viri judicent. Id certe, teste conscientia mea, promiserim: memet non ex aliorum tantum ingeniis, sed mea mente animoque Parabolas illas ipsas, quanta maxima poteram cura, considerasse, et coelestem earum auctorem ipsum ante omnia ex Commentariis S. consuluisse; eorum autem, qui antehac de iis vel obiter vel singulatim disseruerant, operam, a Clementis Alex.

usque ad novissimam, quam labore paene peracto nactus eram, Batavorum juvenum, libere ac sincere explorasse, adhibuisse, cum Scholâ I., tum passim per libellum, tum in Wineri ephemeride theol. propediem proditura, aestimasse; componendo autem in libello non tam id, quod splenderet, quam quod verum et utile esset, spectasse, ideoque, quae difficiliora ad reperiundum fuerant (ut e genere psychol., philolog. al.) tam simpliciter proferre, ut facilia jam viderentur, quam faciliora eruditis ac facundis verbis tanquam nimbo operire, maluisse, recordatumque Augustini illud, quod ad Par. de Lazaro adnotavit: „melius est dubitare de occultis, quam litigare de incertis", ab audacter conjecturandi nitore abstinuisse; spectasse vero simul id potissimum, ut juveniles mentes animosque ipsos appellarem, rei sanctae conciliarem, et quodcunque intimo pectori persuasum de ea erat, his tam ingenue quam modeste persuaderem: quo fervore abreptus si usquam fidentius et ardentius, quam juveni par erat, contra abusus quosdam (ut poeticam παράφρασιν, allegor. interpretationem, talmudicar. Parr. comparationem al.) dixerim: opiniones, non homines, notatas volui atque Ernestii, Herderi aliusve doctoris senioris judicium adjunxi, omninoque ve-

[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

SCHOLARUM DESCRIPTIO.

I. Operis institutio et subsidia litteraria p. 1 — 7. Παραβολῆς, משל finitimorumque nominum αἰνιγμ., ἀλληγορ., παροιμίας, γνώμης definitio ac comparatio p. 8 — 16.

II. Notae Parabolar. J., quibus distinguendae sint a cognatis orationis modis: Translatione, Allegoria cum significanti tum illustranti, parabola rhetorum antiquiorum (Aristot. cett.), Aenigmate, Fabella, Mytho graeco et theodisco p. 17 — 30.

III. Parabolar. J. virtutes et vires quales et, quomodo ex illis characteris notis oriantur. Nimir. oratoriae p. 31 s. Quales igitur rhetores illi suae parab. tribuerint virtutes orat. p. 33. Collatio ipsa secundum experientiam psych. quomodo fiat et qualis et quomodo ex ea cum in parr. lat. tum in Parr. strictiss. oriatur persuasio p. 34 — 40. Singulares insuper Parabolar. J. vires ex notis ejus necessariis p. 41 ss. Parabolar. evv. divisiones p. 45 ss. De catechetica Parabolar. virtute p. 48 ss.

IV. Parabolar. J. vires ex virtutibus cum omni Jesu docendi rationi tum parabolicae maxime peculiaribus p. 53 — 66. Nimir. ex simplicitate 53 ss.: unde indoles localis 56. et tamen universalis 57., concinna nec tamen quaesita consummata cett.; ex vigore 60 ss. per veritatem externam et psychol. ss; ex nobilitate ac teneritate 61. — De venustate et dignitate Parr. 62 ss. eaque oratoria non poetica 63 s. Contra eos, qui poeticas nuncupant vel adeo poeticam in formam deformarunt Parabolas evv. p. 64., et eos, qui arcana quaedam atque mystica in iis quaeritant et praedicant p. 65.

PARS II.

V. Qua ratione in Commentariis S. relatae sint Parr. J. p. 68 ss. Earumdem comparatio et index 70 ss. Christi ipsius interpretatio p. 75 ss.: nim. Parabolae de satore, de loliis, de verriculo, de duobus filiis p. 76., de duobus debitoribus p. 77 s., de oecononomo 79 ss.; Allegoriar. Joann. C. X et XV. p. 82 s. Reprobatur (Christi exemplo) interpretatio allegorica p. 84 ss. et quam vocant parabolohistorica p. 87 ss.

quo, uti Tu, ita ego in vinea Sacra operabor, usque dum vesperâ sursum nos vocabit Dominus vineae.

Scribebam Lipsiae Dom. I. Adv. J. CIƆIƆCCCXXVII.

SCHOLARUM DESCRIPTIO.

PARS II.

phan. 181 s., Tauleri 233. De ὁμιλ. parabol. Lutheri ss. Herderi, Schotti, Dinteri, Ewaldi, Eylerti, Kronmii, Stilleri 237 ss. Ejusdem contra variam dubitationem defensio p. 240 ss.

XIV. De imitandis Jesu cum collationibus omnino p. 243 ss., tum speciatim Parabolis p. 250 ss. Wohlfarthii, Schuderoffii 244., Schotti, Herderi 245 s., Lutheri 246., Jesu ipsius ad id genus hortatio 247. Ejus caussa ac ratio 248. Exempla parr. sens. lat. Macarii, Lutheri 249. Tentatum Parabolae strict., qualis pueritiae videatur dicanda, exemplum 250. Difficultates Parabolae pro adultorum hominum concione orandae 251. Ephraemi Parr. duae 252 ss. Parabola quam eum in usum ad Christi exemplar tentavi conformare 255.

P. 257 ss. addita est ὁμιλία de Samaritae Parabola.

EMENDANDA:

p. 3 lin. 4: ἑρμηνευτοῦ, lin. 30: *Beiträge.* — 11, 29: quin. — 20, 3: oratiunculam [dele ^{10})] lin. 10: interpr. volunt ^{10}) — 35, 29: lumina in imaginem. — 36, 11: adnumerat. — 38, 11: quarum. — 40, 23: in memoria. — 74, 10: κριτοῦ. — 78, 1: conjicere id, quod. — lin. 25: nuperrime. — 79, 5: paradoxum. — 81, 31: quaeritabant. — 84, 17: vel alia quaepiam. — 85, 11: ἀποδώσω. — 94, 13: Scheidio. — lin. 33: loci. — 95, 8: sit. — 107, 16: quon-jam. — 142, 14: ἡλκώμενος. — 202, 20: conformandas. — 204, 11: functuri — 21: iis, quae restant, Scholis. — 205, 3. 4. dele: novae — conformandae. — 219 not. lin. 6: *Gutes*, — 223, 29: κρίμα. — 224, 15: hortatores: — 225, 31: ἡ.

Addenda: p. 3, 16: *Die Gleichnissreden J. leicht gereimt und gemeinverständlich ausgelegt von* Pflaum *Decan zu Baireuth Nürnb.* 1823. De Viri nunc sepulti opera hacce non tam probabili, quam pia cf. Lpz. Lit. Z. Nov. 1827. — 7, 1: *Versuch einer Psychographie Jesu, v. E. G. Winkler Past. in Pedelwitz bei Pegau Lpz. Reclam* 1826. Parr. J. eam in rem potissimum erant adhibendae, quod quidem prorsus non satis factum est. — 37, 16: Greiling: *Leben Jesu S.* 199: *Indem übersinnl. Wahrh. unt. sinnl. Bildern, die mit der übersinnl. Wahrh. ein gleiches Verhältniss haben, dargestellt werden, werden dieselben veranschaulicht, versinnbildet, dem Gefühl u. Herzen, der Wiedererinnerung u. der Anwendung näher gebracht, nicht blos gedacht, sondern geschaut, gefühlt u. geliebt. S.* 201 *ff.* de virtutibus parabolar. J. (sens. lat.) probabiliter

monetur. — p. 97. n. 14: Lutherus: *Derhalben muss man diese Gleichniss nicht in allen Stücken ansehen, sondern auf das Hauptstück merken, was er damit wolle, nicht achten, was Pfennig oder Groschen heisse, nicht welche die erste oder letzte Stunde sei ff.* — 194: Wolfii sententiam nuperrime examinavit Besenbeckius in: *A. Kzeitung* Nov. 1827.

SCHOLA I.

Operis institutio et subsidia litteraria. Παραβολῆς finitimorumque nominum definitio ac comparatio.

Quae studia dilecta nos, Amicissimi, ad libros sacros consociaverunt in hanc coronam, iis nulla res gratior, nulla sanctior offerri potest, quam ea, quae jam iis esto, velim, proposita. Quid enim gratius animis nostris, quam Parabolae Jesu, inde a pueritia nobis dilectissimae? Quid sanctius, quam Parabolae, quae sunt Christi ipsius, et quae pro Christianorum concione nobis erunt explicandae vitaeque usibus adplicandae? Quare omni, quo fas est, et amore et religione has Jesu Parabolas consideremus. Ipsum autem illud oratoris sacri officium cum hanc nobis proponat quaestionem: qui Parabolarum Jesu fieri debeat usus; haec autem quaestio (itemque hujus coronae ratio) postulet alteram hanc: quae fieri debeat earumdem interpretatio; atque cum utraque rursus tanquam fundamentum poscat hanc: quaenam sit earumdem natura: praescriptam nobis videmus tripertitam hancce operis rationem.

Jam vellem adessent nobis, qui has omnes partes vel alterutram singulatim et singulariter pertractaverint, et quos hac in re duces sequi tutum et satis

esset. Sed qui antehac separatim rem commentati sunt bene multi, ad eosdem vel amplius non est, vel perdifficilis aditus. Ita VITRINGAE[1]), PFAFFII[2]), MARKII[3]), PETERSENII[4]), BREITINGERI[5]), LAUR. REINHARDI[6]), MARKII[7]), SALDENI[8]), LIPPOLDI[9]), SCHIRACHII[10]), BONNETI[11]), GRAVI[12]), HARWOODI[13]), PFENNINGERI[14]), CORRODI[15]), REGULETHI[16]), BRAGGII[17]), operam frustra quaesitavi. Quorum vero, non facili negotio, reperi institutionem: STORRII in dissert. hermen. de parr. Christi. Tub. 779. (repetita in Ej. Opusc. acad. ad interpr. librr. S. pertin. Vol. I. p. 89 ff.), Laur. BAUERI posthac Prof. Altdorf. *Sammlung und Erkl. der parabol. Erzählungen unseres Herrn. Leipz.* 782. et KRUMMACHERI *über die Parabeln Jesu*, extrema parte libri eximii: *Ueber den Geist und die Form der evang. Geschichte in hist. u. ästhet. Hinsicht. (Leipz.* 805. §. 197—225.): hi quidem in nonnullis bene docent; sed Baueri interpretatio et tres

1) Explicatio Parr. Ed. d'Outrein. — 2) Comment. de recta theologiae parabolicae et allegoricae conformatione 720. — 3) Sylloge dissert. phil. theol. ad selectos textus N. T. Exerc. IV. 721. — 4) *Gleichnisse des Herrn, darin die Heimlichkeit ff. durch Christum ausgesprochen sind. Frankf.* 722. — 5) *Von Natur, Absicht und Gebrauch der Gleichnisse. Zür.* 740. — 6) Institutio theol. parabolicae moral. et natur. Lips. 740. — 7) *Abh. von den Absichten der Parabeln Jesu. Heilbr.* 764. — 8) Otia theoll. IV. exerc. V. p. 691 ff. — 9) *Exeg. Versuch über den Schmuck der bibl. Gleichnissreden. Wittenb.* 765. — 10) Super. parab. S. tentamen aucupium delectationis fabularum expendens. Hall. 767. — 11) Dissert. phil. theol. de parabb. evang. 776. — 12) ex angl. per Schulz *Vorless. über die Gleichnissreden uns. Heilandes, nebst einer vorläuf. Abh. üb. Gleichnissreden und alleg. Werke überhaupt. Hannover,* 783. — 13) *Ueber die Lehrart Christi durch Erzählungen, in Britt. theol. Bibl. St.* 1. — 14) *Ueber die Parab. Jesu und ihre Nachahmung in Predigten. Zür.* 786. — 15) *Beiträge zur Beförder. des vernünft. Denkens in der Relig. IXs Heft, n. III. S.* 138 *ff. Ueber die Localität der Parr. — Von d. Gleichn. Chr., in Schwäb. Magazin v. gel. Sachen* 780. p. 21 *ff.* 273 *ff.* — 16) diss. phil. theol. de Parr. evang. — 17) Practical discourses upon the para-

dissertationes praemissae[18]), illis temporibus utilissimae, jam non sufficiunt ei, qui nunc est, rei exegeticae statui; Storrius vero philosophi magis ejusque Lessingiani, quam ἑρμηνεύτου, et Krummacherus poëtae magis quam rhetoris partes tenere hac in re saepius visi sunt. Minus suffecerit, vereor, Conzii fluctuans paululum et alienis turbata dissert. *über Fabel und Parabel*, praemissa ejus libello: *Morgenländische Apologen oder die Lehrweisheit Jesus in Parab. und Sentenzen. Heilbr.* 803. (denuo oblat. Lips. 809.): ubi Parabolae Jesu in hexametros versus sunt coactae. Similem operam dedit Scriba *Weisheitslehren des Stifters des Christenthums aus dem Griech. metr. übers. Marb.* 804. Gittermanus: *Die Gleichnisse Jesu oder mor. Erz. aus der Bibel. Bremen*, 803. 2 *Bdch.* et nuper Reinhardus, Muilhusanus[19]), Prochnow concion. Pomeranus[20]), et quem novistis Kirschius[21]), qui quidem in tali παραφράσει per se, ut alias videbimus, improbabili, simplicius certe versatus est. Alius generis παράφρασιν, sed non multo utiliorem, exhibent Schlosserus: *Die Gleichnisse Jesu zum Gebr. für Kinderlehrer* 810. *et* M—r. *Einige Parab. Jesu in Gespr. für erwachs. Kinder*, 2 *Bdch.* 801. Similes Hartmani libellos: *Erkl. Darstell. der Natur und Sittengemälde, die Jesus zur besseren Fassung seiner Lehre darstellte. Wittenb.* 802. 2 *Bdch.* non vidi. Melius meruit Ewaldus, qui in libro: *der Blick Jesus auf Natur, Menschheit und sich selbst, oder Beitr. über die Gleichnisse unsers Herrn. Leipz.* 786. (*3te Aufl. Hannov.* 812.) Parabolas Jesu popularibus usibus cum vi quadam simplici adplicuit et meditatione 1) *über das Eigenthümliche*, 2) *über die Ursachen der Gleich-*

---

bles of our blessed Saviour. — 18) *Abh.* 1) *was eine Parab. ist.* 2) *über die Lehrmethode Jesu in Parabeln.* 3) *Auslegungsregeln.* — 19) *Jesus Reden, Gleichnisse und Lebenslauf in Versen vorgetragen. Leipz.* 820. — 20) *Der Geist Jesu in bibl. Gemälden und Liedern. Berl.* 827. — 21) *Das Evangelium in Vers. bearb.*

nisse Jesus nonnulla bene monet. Similem finem minus assecutus fuerit, opinor, Eckius Luibbensis libello: *Religion für Menschen, oder der Werth der Lehre Jesu aus seinem bildlichen Vortrage. Berl.* 797.: in cujus altera parte p. 145 ff.[22]) de re proposita passim quidem vere atque utiliter, sed verbose et parum sufficienter exponitur.

Jam duces nobis sese offerunt nostrae memoriae oratores: Eylertus episcopus Postampiensis *Vorrede über das Charakteristische der Parabeln Jesu* (praemissa ejus libro: *Homilien über die Par. Jesu. Halle,* 806. 818.): porro Krommius juvenis concionator Hassicus libro: *Die sämmtlichen Parabeln Jesu. Uebers. erläut. und besond. prakt. homilet. bearbeitet (?) für den Religionslehrer (?) Fulda,* 823.; denique Bartelsius nuper sepultus, libello: *Specielle Homiletik für die hist. und* parab. *Homilie. Braunschw.* 824. At Eylerti prooemium illud non tam simpliciter ac subtiliter docentis rhetoris est, quam amanter atque ornatius celebrantis oratoris. Krommii liber doleo quod usibus nostris parum conducat. Prooemium enim p. 15—30., quod huc maxime pertineret, vulgaria quaedam de Parr. pretio, notione, fine, usu praecipit pauca, quibus vix cum auctore supposuerim: „sapienti sat"; interpretatio trita late ac parum philologice explanat, difficilia nihil sublevat; opera homiletica in locis communibus alienisve solet vagari. Bartelsius p. 24—58. et passim p. 59—116. de natura Parr. J. vere atque utiliter docuit multa, etsi a tanto viro definitiora et subtiliora nonnunquam exspectassem; praeceptio homil. videbatur usui esse, etsi non tam singularia de par. et hist. ὁμιλίᾳ proferre, quam communia pleraque orationis S. universae praecepta ad parabolicam hancce adhibere justoque copiosius et ornatius explicare. Nuper rem nobis propositam separatim attigerunt Wohlfarthius concion. prope Rudolstadt, quem in Schude-

---

Leips. 825. — 22) namque *Abschn.* 1. *S.* 7 *ff.* ipsa Christi reli-

roffii ephemeride[23]), et WOLFFIUS concion. Marienthal. Brunsvic., quem in Zimmermani nunciis eccl.[24]) legistis. Sed hi viri revocaverunt tantum[25]), non ipsi recoluerunt, rei tractationem: ille, secutus Eylertum et Krummach., oratione ornatius quam simplicius orante et non tam psychologice quam ardenter philosophante; hic paucis iisque paululum levioribus de Jesu consilio et Parab. interpretatione observationibus. Novissimas denique scholas aperuerunt Batavi juvenes G. A. van Limburg BROUWER Theol. D. de Parr. J. C. Lugd. Bat. 825. et Wessclius SCHOLTEN S. S .litt. in aede, quae dicitur, hospitali, apud Batavo-Delphenses interpres: Diatribe de Par. J. C. Delph. Bat. 827. Atque hi quidem, quae a VV. DD., inpr. a Storrio, Krummachero, Ewaldo, Eylerto, exposita acceperunt, latine atque explicate composita tradunt, nonnulla etiam de suis addunt, praecipue Brouwer. de Parr. J. virtutibus, Scholten. de interpretatione. Neque tamen hi duumviri nostris usibus sufficiunt, cum nimii pendentes a Storrio reliquisque ipsorum ducibus, neque simpliciter satis ac prorsus vere, neque ubique satis erudite et subtiliter de re proposita disserant, atque quae potissimum erant conficienda, haudquaquam conficiant: id quod demonstratum a me et propediem in WINERI nostri ephemeride theol. legetis et per omnes scholas nostras passim agnoscetis. Itaque ex his viris, singulatim rem nostram commentatis, non sunt, quos paucos sequi sufficeret. Qui vero obiter de Parr. natura, interpretatione, usu monuerunt, illi nimirum, qui vel praecepta interpretandi scripserunt, vel sacros vitae Jesu commentarios ipsi explicuerunt, vel

---

gionis doctrina imaginibus prolata proponitur. — 23) *Jahrbb.* 9, 2, 1. „*Warum bedient man sich in der Predigt so selten der Parabel?*" — 24) *Allgem. Kirchenzeitung. Aug.* 826. *n.* 130. „*Warum bediente sich Jesus in seinem Unterrichte so oft der parab. Lehrart? und was hat man bei der Erkl. der evang. Parab. zu beobachten?*" — 25) ut ipse confitetur. Wohlf. S. 140. —

Jesu docendi rationem ac viam descripserunt, vel rhetoricas scholas aperuerunt: hi plerique omnes rem tetigerunt potius, quam tractaverunt. Quanquam passim habent, quae frugi sint. Ita Flacius in Clavi[26]), Glassius in Philologia S.[27]), Vorstius in Philolog. S.[28]), Rambachius in Institutionibus Hermen. S.[29]), Ernestius in Institutione Interpretis N. T.[30]), Morus in Acroas. super Hermen. N. T.[31]), Keilius *Lehrb. der Hermen. des N. T.*[32]), parum Lnickius: *Grundriss der neutestam. Hermen. und ihrer Geschichte*[33]) et Kaiserus: *Grundriss ein. Syst. der neutest. Hermen.* Ita interpretes, antiquae potissimum memoriae, inprimis Chrysostomus quique ab eo sunt: de quibus suo tempore videbimus. Ita ex iis, qui de Jesu docendi ratione scripserunt, Weisius diss. de more domini, acceptos a magistris Jud. loquendi ac disserendi modos sapienter emendandi. Viteb. 792. (in Comm. theol. ed. a Velthus. V, 117.), Hessius libro: *Lehre Thaten und Schicksale unseres Herrn*[34]) et in altero: *Bibl. Gesch. A. u. N. T.*[35]) et Ballaufius: *Die Lehrart Jesu als vortrefflich und nachahmungsw. gezeigt, Hannov.* 817. Parum ad nostram rem confert Tzschuckius in Comment. logico-rhet. de Sermonibus Jesu Christi. Lips. 781. P. II. c. X., Hauffius: *Bemerkk. über die Lehrart Jesu*[36]), Vermehren: *Jesus wie er lebte und lehrte, nach den Berichten der Evangelisten*[37]), et qui novissimus rem tetigit Otto Dresdensis *in Abh. über die Socratik nach dem Beispiele Christi, im Sächs. Volksschulenfreund*[38]). Breui[39]),

---

26) P. II. p. 201 ff. — 27) I. 1 Sect. V. — 28) I. (ed. Fischer). — 29) II. c. IV. §. 16. — 30) P. I. S. II. c. IV. p. 127. (ed. Ammonii). — 31) I. P. I. p. 316. (ed. Eichstaedt). — 32) §. 78—81. — 33) S. 109. 112. — 34) *4te Ausg. Zür.* 817. *Abschn.* 6. — 35) *Zür.* 826. *Bd.* 13. *S.* 479—96. *Bd.* 14. — 36) *mit Rücks. auf jüd. Sprach- und Denkart. Offenb.* 788. 798. — 37) *Eine Beilage zu Niemeyers Charakteristik der Bibel. Halle*, 799. — 38) *herausgeg. von Otto und Döhner. I.* 1. *S.* 25 *ff.* — 39) diss. de methodo concionandi

Winkleri[40], Behnii[41], Heringae[42], Borgeri[43], libros conferendi non erat opportunitas. Adhaec apud rhetores et antiquos et recentiores, atque inter hos potissimum apud HERDERUM: *Briefe das Studium der Theologie betreffend*[44]) et apud SCHOTTUM: *Theorie der Beredtsamkeit*, *Theil* 2.[45]) leguntur quaedam animadversione nostra satis digna. Apud alius denique generis scriptores, apud Vitringam in Archisynagogo c. XII. et apud Lowthum de S. Hebrr. poesi, praelect. X. ejusque editores Michaelem et Rosenmuillerum pauca item vidi de re nostra monita. Sed nolo jam pergere in litterario hoc indice, quem duntaxat volui testem esse copiae et inopiae subsidiorum nobis superstitum.

Jam ubi desunt pauca quae suppeterent et sufficerent auxilia, haud ingratum quidem vobis fecerim, si ex ista rarorum librorum mole optima quaeque composita vobis traderem. Sed ita in illorum virorum opera si acquievissem: vereor, ne ea ipsa pariter atque otiis a Deo datis et vestra, Amicissimi, propter haec otia exspectatione quadam prorsus essem indignus. Vicissim vero vereor, ne, si memet harum de Parabb. Jesu scholarum ducem praebuerim, imparem sequamini. Attamen animo obsequar, et ea, quae quanta maxima poteram cura indagavi, et quae mens animusque desiderare videbatur, candide et simpliciter proferam, non ut quae satisfaciant, sed quae, usque dum talia defuerint, saltem sufficiant. Virorum Doctorum sententias potiores passim subjiciam: ubi consentio, in testimonium meum; ubi dissentio, verecundum in vestrum judicium. Vellem autem audiretis commentationem dis-

---

Christi. Vitteb. 774. — 40) *Versuch von Jesu Lehrfähigkeit, insofern sich dieser zur Fassungskraft der Zuhörer herablässt.* Leips. 797. — 41) *über die Lehrart Jesu.* Tüb. 791. — 42) *Lehrart Jesu und seiner Apostel.* Offenb. 792. — 43) E. A. Borger de constanti et aequabili J. C. indole, doctrina ac docendi ratione. — 44) *Br.* 16. 41. 43. — 45) S. 304 ff. 154. 170—176 333. al. —

[illegible] [illegible]. [illegible] [illegible]. [illegible]
[illegible] [illegible] quaestionem. [illegible]
[illegible]
[illegible] ad [illegible] [illegible]. [illegible]
[illegible] Neque tamen [illegible]
[illegible]
[illegible]

Jam [illegible] ad ea quae [illegible] prima, quae est

de Parabolarum Jesu natura.

[illegible] historica[46]; comparatione inter se Parabolis Jesu [illegible]. Est [illegible]. [illegible] virium, [illegible] quam [illegible] Qua via quas Parr. Jesu notas, virtutes, vires equidem, [illegible] quas [illegible] reperi, eas jam deinceps ita componam [illegible] ut primum finitimos quosque orationis modos [illegible] seponendo, notas characteris, has autem atque si[illegible] larem Jesu docendi rationem considerando, virtu[illegible] atque ex his psychologice et empirice vires Parr. [illegible] explicare nobis tentemus.

Principalis autem ac generalis Parr. J. nota co[illegible] ranti mihi visa est semper eadem, quam ostendit nominis significatio ex notatione (etymologiam cant) et usu vere ducta. Dicitur παραβολὴ aut pro[illegible] aut translate: proprie quidem de physica τοῦ παρ[illegible] βλῆσθαι ratione h. e. de rerum, quae juxta colloc[illegible] sunt, mutua ratione: ut ναῶν, unde Polyb. et Diod[illegible] παραβολῆς μάχεσθαι, ut linearum, unde geometricae f[illegible] rae conicae, et arithmeticae divisionis appellatio. Translata autem ad mentis quandam rationem, itaque [illegible] chologice, dicitur de rei ad rem ex similitudi[illegible] collatae ratione mutua, qualis imaginati[illegible]

46) alioquin enim, ut plerisque vidi accidisse, multa a priori [illegible] hodie loquimur) finguntur, aliena quoque intermiscentur. —

versatur; collatio sensu psychologico: ita
.. 4, 30. ἐν ποίᾳ παραβολῇ παραβάλωμεν αὐτήν; Ab
latione autem sensu psych. παραβ. translata etiam est
ejusdem designationem, sive ea fit signo quovis
..erno, sive verbis: quae quidem posterior cum solitis-
.ia sit, solitissima παραβολῆς significatio exstitit ea,
am grammaticam appellemus, qua est dictum
.m ad rem ex similitudine conferens.

Jam permultis locis ambigere poteris, utrum colla-
.onem ipsam, imaginationi obversantem, an ejusdem
.signationem, itaque dictum, voluerit scriptor: et mul-
s quidem locis in ambiguo poteris relinquere, cum in-
.rdum neque scriptor ipse alterutrius (psych. vel gram-
.nat.) significationis prorsus conscius sibi sit: id quod
.obis quoque nonnunquam accidere animadvertemus, ubi
.dem vocabulum dixerimus. Ita plerisque Commentario-
.rum S. locis in medio erit linquendum. Nam etsi magis
simplex et populare videri possit, designationem παραβ.
voce spectasse scriptores, tamen non minus simplex
existimo, eos interdum non tam dictum, quam collatio-
nem ipsam imaginationi obversantem, sin etiam minus
conscios, tenuisse et spectasse. Ita locis difficilioribus
apud Mt. 13, 18: ἀκούσατε τὴν παρ. τοῦ σπείροντος et 36:
φράσον ἡμῖν τὴν παρ. τ. ζιζανίων et Mt. 15, 16. Mrc. 7,
17. facillime de collatione psych., de ipsa rei ad rem
collatae ratione mutua possit explicari. Sin tamen sim-
plicius inprimis ob additos τοῦ σπείροντος, τ. ζιζανίων
Genitivos, tibi videtur, de collationis designatione, quam
de collatione ipsa psych., itaque de dicto intellexisse
hic scriptorem: tum ἀκούσατε et φράσον late dictum exi-
stimes pro strictiore συνίετε et διασάφησον, quod ipsum
Origenes in Joh. 4, 36. pro φράσον substituit. Neuti-
quam vero his locis ex solius nexus (sed non verbi)
indole παραβολῇ tribueris significationem ἀποφθέγματος
cum Wolf. in Curis et cum Kuinoelio, vel ἀντιτύπου
cum Paulo Heidelb., ita ut solam rem alteram signifi-

Hesych.[53]) et Suidas. At haec παραβολῆς est neque notatio neque notio. Namque recepit Etymolog. quandam Chrysostomi in Expos. in Ps. 48.[54]) descriptionem, quae non definitionem sed notam tantum accidentem declarat, qua παραβ. est αἰνίγματι affinis. Αἴνιγμα est, ubi αἰνίσσεται tecte quid nominatur: stirps enim αἶνος (unde fortasse item ὄνομα) proprie est nomen quod quis sponte imponit, idque sive in laudem sive in probrum, unde deinde αἶνος de fabella, ubi moribus quibusdam nomen imponitur vel laudis vel probri. Tecti autem nota, ut similes notionis immutationes, per terminationem ισσειν designatur. Aenigma autem fit plerumque per collationem: et tum posset quidem, quoniam est, appellari quoque παραβολή, ita ut παραβ. non significaret αἰνίγματος notionem, sed collationem, quae simul esset aenigma. Neque igitur in παραβ. significationibus aenigmatis quoque numeranda erat. Loc. Mt. 15, 15. Marc. 7, 17. ubi et Theophyl. σκοτεινὸν λόγον interpretatur, non huc fuisse trahendos, ex supra monitis agnoscetis. Caeterum parabolam sensu strict. et strictiss. sane aliquid commune habere cum aenigmate, suo loco videbimus. Finitima item ideoque saepe cum parabola permutata in verborum indicibus est vox ἀλληγορίας, quae est sensu grammatico: oratio, qua quis ἄλλο μὲν ἀγορεύει ἄλλο δὲ νοεῖ, uti Voss. Inst. Orat.[55]). Significat igitur prorsus aliam, quam παραβ., notionem, nimirum orationis peculiaris indolem, quae, ut cum Quinct.[56]) dicamus, „aliud verbis, aliud sensu ostendit, etiam interim contrarium.“ Idem quosdam inversionem interpretari refert; veteres autem ὑπόνοιαν vocasse testatur Plut-

---

paria omnia sunt relata. — 53) λόγος αἰνιγματώδης καὶ κεκρυμμένος, πρὸς ὠφέλειαν φέρων. — 54) ed. Montf. VII. p. 206. — 55) IV. c. XI. Vix recte addit Voss.: „et istud ἄλλο restringi debet ad aliud simile, alias etiam omnis Ironia Allegoria esset.“ Rectius Quinct. — 56) Inst. 8, 6, 44. —

archus de audiendis poëtis. Differt itaque ἀλληγ. et ambitu et indole (quant. et qual.) a παραβ. Quamquam parab. sensu str. et strictiss. plerumque videtur ἄλλο ἀγορεύειν, et vicissim ἀλληγ. interdum fit collationis opera. Etiam aenigma ἄλλο ἀγορεύει, unde Quinct.[57]) vocat allegoriam obscuriorem; et vicissim allegoria plerumque videtur αἰνίσσεσθαι. Porro παροιμίαν item nonnunquam permutant cum παραβ., tradendo, παροιμίαν per παραβ. significari et vicissim. Παροιμίαν, quae ab Hesych. ambigue vocatur λόγος παρὰ τὴν ὁδὸν λεγόμενος οἷον παροδία, recte Wahlius meus explicat: dictum, quod est παρ' οἶμον ad viam: tritum, vulgare. Pariter jam Basil. Hom. XII. in Prov.: τὸ τῶν παροιμιῶν ὄνομα ἐπὶ τῶν δημοδεστέρων λόγων παρὰ τοῖς ἔξωθεν τέτακται καὶ ἐπὶ τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς λαλουμένων, ὡς τὰ πολλά. Οἶμος γὰρ παρ' αὐτοῖς ἡ ὁδὸς ὀνομάζεται, ὅθεν καὶ τὴν παροιμίαν ὁρίζονται· Ῥῆμα παρόδιον τετριμμένον ἐν τῇ χρήσει τῶν πολλῶν, καὶ ἀπ' ὀλίγων ἐπὶ πλείονα ὅμοια μεταληφθέναι δυνάμενον[58]). Ad significationem igitur παροιμία ab παραβ. satis differt. Cum vero, qui est sermo popularis, proverbia per collationes plerumque proferantur: ea quidem, quae sunt παραβολαί, appellantur etiam aliquoties παραβ. voce, ita ut haec quidem neutiquam suam commutet significationem. Ita Luc. 4, 23. πάντως ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβ. ταύτην· Ἰατρέ, θεράπευσον ἑαυτόν. Quod vero παροιμίαι similitudinibus contineri solebant, inde factum est, ut interdum similitudines omnino, etiam quae non essent proverbia, παροιμίας voce dicerentur. Ita apud Joh. sollemnis est de similitudinibus iisque oratione ἀλληγοροῦντι expressis.

---

57) Vix contrariam notationem „alienum a via; insolitum, tropicum" probabit Passovius, neque Riemerus implicitam hanc: „a primo obvio petitum et ὡς ἐν παρόδῳ adhibitum"; neque cum aliis duxerim ex παρ' οἴμην ut sit i. q. πάρῳδος. — 58) Singularis est Athanasii in Synopsi Ser. t. II. derivatio haec: παροιμία ὠνομάσθη, ἐπειδὰν παρὰ τὰς ὁδοὺς ἐγράφοντο οἱ τοιοῦτοι λόγοι πρὸς διόρθωσιν καὶ διδασκαλίαν τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς διαπορευομέ-

generis didactici quod vocant, modis dictum et quodammodo generi lyrico מִזְמוֹר oppositum fuisse assenserim Michaeli[65]). Speciatim autem de singulari illa, in quam nos inquirimus collationis specie dictum esse videtur, ut arab. מתל de Locmani fabulis.

Ita igitur et מ' et, uti prorsus apposite reddiderunt LXX et N. T., παραβολή suam ubique significationem obtinet a finitimisque nominibus bene est distinguenda. Sed denique occurrerit quispiam vestrum Platonicus: at quorsum copiosa haec verborum distinctio? Nonne κατὰ συνθήκην haec omnia sunt appellata!" Esto, sed et in hac συνθήκῃ leges, notationis potissimum, secuti sunt, etsi minus interdum conscii. Caeterum in nostra re distinguendi cura eo magis opus erat, ut inter nos certe in opere nostro ab initio de horum nominum συνθήκῃ conveniret.

Vidimus igitur constantem παραβ. significationem, ut sit rei ad rem ex similitudine collatio, modo ipsa, quatenus imaginationi obversatur, modo oratio eandem designans. Diximus collationem ex similitudine: haec enim collationis est fundamentum ac conditio. Imaginationis autem esse has collationes, sua quemque docet suae mentis observatio; et propediem accuratius ostendere tentabimus. Hic modo ab comparatione, quae fit per intellectum, erant distinguendae.

Collationis autem hancce notionem, quam animadvertimus nomine παραβ. indicari, principalem ac generalem jam dicimus notam Parabolae, in cujus naturam nobis propositum est inquirere. Ab hac nota tanquam a principio progrediamur, sperantes fore, ut hoc principium probet finis. Sed jam in hoc introitu nobis est subsistendum, et quid vobis de eo videatur, amice quaerendum, simulque rogandum, ut in locos interiores eosque pedetentim et gratiores et graviores propediem me velitis comitari.

Zerstr. Bl. Samml. 4. *S.* 125. — 65) n. 8. 14. ad Lowthi l. l. —

SCHOLA II.

Notae Parabolarum Jesu, quibus distinguendae sint a finitimis orationis modis.

Collatio igitur nuper notata, Amicissimi, quae per imaginationem rem ad rem ex similitudine confert, aut consulto fit aut, ut saepenumero in communi sermone, immo in oratione adeo, inconsulte. Sin consulto res ad rem confertur, consilium subest aut significandi hanc alteram rem, aut illustrandi, aut utrumque. Quodsi illud: tum res significanda non ostenditur vel nominatur ipsa, sed altera per imaginationem repraesentatur, ut signum sit illius. Atque haec quidem res significans σύμβολον vocatur sive τύπος sensu lat. דְּמוּת simulacrum rei significandae. Strictiore quodam sensu τύπον מוֹפֵת in S. S. dici de symbolo futurae rei significandae (praefigurationem vocat Augustinus), ex Typologia S. recordamini, ex Ez., Apoc., ep. ad Hebr. ubi bis pro τύπῳ vel συμβόλῳ (quod nusquam N. T.) dictam vidimus παραβολήν. Sed hic de symbolo sensu latiore. Quatenus autem in oratione nomen talis symboli s. rei significantis transfertur in rem significandam: translatio, μεταφορά, dicitur. Distinguimus autem has translationes, quae consulto fiunt (rhetoricas cum Ernestio[1]) appellemus), a solitis illis, ubi cujusdam rei nomen in alteram quandam ita constanter transferri consuevit, ut, qui dicit, collationis et translationis vix memor amplius sit, et nominis propria significatio ipsa in hanc alteram simul immutata τρόπος[2]) videatur: unde Cic. Brut. 17. „ver-

1) Interpres. I, I. c. 2; 4. I, II. c. 4, 7. — 2) latius in arte Quinct. 8, 6, 1. „est verbi vel sermonis a propria significatione in aliam

Unde Theophyl. in Joh. 16.: παροιμία ἐστὶ λόγος πλαγίως καὶ ἐπικεκρυμμένως καὶ τὸ ὅλον παραβολικῶς ὑποκείμενόν τι δεικνύων. Similiter jam Basil. Comm. in Prov. (initio): παρὰ δὲ ἡμῖν παροιμία ἐστὶ λόγος ὠφέλιμος μετ' ἐπικρύψεως μετριᾶς ἐκδεδόμενος. Atque Cyrill. Al. l. XI. in Joh. 16, 25.: παροιμίαν εἶναί φησιν τὸν ἀμυδρόν τε καὶ οὐ λίαν. Affinis autem παροιμία est γνώμη et usu et forma. Unde παροιμία interdum significat γνώμην, potissimum apud Alexandr. interpretes. Et quoniam γνώμη pariter ut παροιμία, collatio plerumque est, pariter ut haec, nonnunquam παραβ. nomine appellatur, sed tum quidem, ubi vere est παραβολή vel certe videtur. Ita Luc. 5, 36.: ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν πρὸς αὐτούς· Ὅτι οὐδεὶς ἐπίβλημα ἱματίου καινοῦ ἐπιβάλλει ἐπὶ ἱμάτιον παλαιόν (Luc. 14, 7. huc non facit). Ita Mt. 15, 14. 15.: τυφλὸς δὲ τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται, ubi Petrus: φράσον ἡμῖν τὴν παραβ. ταύτην. Ita Marc. 7, 15. οὐδέν ἐστιν ἔξωθεν τοῦ ἀνθρώπου ὃ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι· ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα ἀπ' αὐτοῦ, ἐκεῖνά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον, non quidem collatio sed propria sententia; at videbatur τοῖς μαθηταῖς, quare ἐπερώτων αὐτὸν περὶ τῆς παραβολῆς.

Ita igitur ubique in N. T. παραβ. suam obtinet collationis, sive psychol. sive grammat., significationem, et satis differt a nominibus finitimis. Neque est, quod nominis permutationes statuamus, quoniam in talibus artis quasi nominibus, in usu potissimum communi, satis sint solitae. Enimvero id etiamsi cadit in talia nomina, quale παροιμία est, in nostram παραβ. non potest, propter apertam notationem, quae jam per se etiam eos, qui distinctiones nihil curant, non sinit significationem permutare. Neque cum Glassio[59]), Storrio[60]), Schleusnero talis permutatio repetenda ex Alexandrinorum usu, qui משל passim transtulerint παραβολήν. Ad

---

νων. — 59) Phil. S. l. II. tr. I. XXI. — 60) diss. herm. de Parr.

παροιμίας quidem in N. T. usum ambiguum hi fortasse contulerunt; sed alia res est in παραβ., quae adeo apprime respondet verbo 'מ.

Est enim nominis מָשָׁל notatio et significatio eadem fere ac παραβολῆς. Duxerim a verbo מָשַׁל (haud vicissim cum Gesen., ut v. esset denomin.), cujus princeps significatio esse videtur „conferendi" Kal. מ״ם παραβάλλειν παραβολήν Ez. 17, 2. 24, 3. LXX εἰπὸν παραβ.[61]), item Piel. Ez. 21, 5.: inde Hiph. Jes. 46, 5. componitur cum הִשְׁוָה. (Inde Niph. aequari Jes. 14, 10. Ps. 28, 1. al. ubi LXX ὁμοιωθῆναι, item Hithp. Job. 30, 9.; immo hinc adeo duxerim verbum finitimum מָשַׁל aequare h. e. aequivaleret deinde imperare). Eadem fortasse est syriaci ܡܬܠ et consoni chaldaici et arabis verbi interpretatio. Ex hoc igitur מָשַׁל verbo nomen מָשָׁל fortasse proprie collatio physica: translatum vero ad collationem qualis imaginationi obversatur, sensu psychol. atque ad hujus designationem, sive signo quovis fit, ubi est f. q. דִּמְיוֹן (Ez. 24, 3.) sive, ut plerumque, verbis: unde significatio grammatica: dictum rem ad rem ex similitudine conferens. (Vix cum Lowtho[62]) aliisque a verbo 'מ imperando, simul derivaveris, ut sit idem: dictum sublime). Jam qui est sermo atque oratio Orientalium: et proverbia et sententiose dicta collationibus continentur: et ita 'מ quoniam sunt, appellantur quoque. Immo omnis fere Hebraeorum poësis atque eloquentia (utraque enim conjuncta ibi esse solet) 'מ erant et dicebantur[63]). Bene itaque Herderus in libro: *Geist der hebr. Poesie*[64]): *ich zweifle, ob der Ursprung der Poesie (aus Naturbild und Naturempfindung) schöner als durch das hebr.* משל *ausgedrückt werden könnte.* Praecipue tamen de

---

§. 4. — 61) cf. 18, 2 sq. 12, 23.; Joel 2, 17. varians lectio LXX τοῦ καταρξαι αὐτῶν. — 62 de poes. Hebr. prael. IV. — 63) nota probri in Jes. 14, 4. al. non inest in nom. 'מ quod hactenus voc. med. est, sed in nexu. — 64) II, 5. 21. (ed. Justi) cf. Herder

generis didactici quod vocant, modis dictum et quodammodo generi lyrico מִזְמוֹר oppositum fuisse assenserim Michaeli[65]). Speciatim autem de singulari illa, in quam nos inquirimus collationis specie dictum esse videtur, ut arab. מתל de Locmani fabulis.

Ita igitur et מ׳ et, uti prorsus apposite reddiderunt LXX et N. T., *παραβολή* suam ubique significationem obtinet a finitimisque nominibus bene est distinguenda. Sed denique occurrerit quispiam vestrum Platonicus: at quorsum copiosa haec verborum distinctio? Nonne *κατὰ συνθήκην* haec omnia sunt appellata?" Esto, sed et in hac *συνθήκῃ* leges, notationis potissimum, secuti sunt, etsi minus interdum conscii. Caeterum in nostra re distinguendi cura eo magis opus erat, ut inter nos certe in opere nostro ab initio de horum nominum *συνθήκῃ* conveniret.

Vidimus igitur constantem *παραβ.* significationem, ut sit rei ad rem ex similitudine collatio, modo ipsa, quatenus imaginationi obversatur, modo oratio eandem designans. Diximus collationem ex similitudine: haec enim collationis est fundamentum ac conditio. Imaginationis autem esse has collationes, sua quemque docet suae mentis observatio; et propediem accuratius ostendere tentabimus. Hic modo ab comparatione, quae fit per intellectum, erant distinguendae.

Collationis autem hancce notionem, quam animadvertimus nomine *παραβ.* indicari, principalem ac generalem jam dicimus notam Parabolae, in cujus naturam nobis propositum est inquirere. Ab hac nota tanquam a principio progrediamur, sperantes fore, ut hoc principium probet finis. Sed jam in hoc introitu nobis est subsistendum, et quid vobis de eo videatur, amice quaerendum, simulque rogandum, ut in locos interiores eosque pedetentim et gratiores et graviores propediem me velitis comitari.

Zerstr. Bl. Samml. 4. *S.* 125. — 65) n. 8. 14. ad Lowthi l. l. —

SCHOLA II.

Notae Parabolarum Jesu, quibus distinguendae sint a finitimis orationis modis.

Collatio igitur nuper notata, Amicissimi, quae per imaginationem rem ad rem ex similitudine confert, aut consulto fit aut, ut saepenumero in communi sermone, immo in oratione adeo, inconsulte. Sin consulto res ad rem confertur, consilium subest aut significandi hanc alteram rem, aut illustrandi, aut utrumque. Quodsi illud: tum res significanda non ostenditur vel nominatur ipsa, sed altera per imaginationem repraesentatur, ut signum sit illius. Atque haec quidem res significans *σύμβολον* vocatur sive *τύπος* sensu lat. דְּמוּת simulacrum rei significandae. Strictiore quodam sensu *τύπον* מוֹפֵת in S. S. dici de symbolo futurae rei significandae (praefigurationem vocat Augustinus), ex Typologia S. recordamini, ex Ez., Apoc., ep. ad Hebr. ubi bis pro *τύπῳ* vel *συμβόλῳ* (quod nusquam N. T.) dictam vidimus *παραβολήν*. Sed hic de symbolo sensu latiore. Quatenus autem in oratione nomen talis symboli s. rei significantis transfertur in rem significandam: translatio, *μεταφορά*, dicitur. Distinguimus autem has translationes, quae consulto fiunt (rhetoricas cum Ernestio[1]) appellemus), a solitis illis, ubi cujusdam rei nomen in alteram quandam ita constanter transferri consuevit, ut, qui dicit, collationis et translationis vix memor amplius sit, et nominis propria significatio ipsa in hanc alteram simul immutata *τρόπος*[2]) videatur: unde Cic. Brut. 17. „ver-

1) Interpres. I, 1. c. 2, 4. I, II. c. 4, 7. — 2) latius in arte Quinct. 8, 6, 1. „est verbi vel sermonis a propria significatione in aliam

generis didactici quod vocant, modis dictum et quodammodo generi lyrico מִזְמוֹר oppositum fuisse assenserim Michaeli[65]). Speciatim autem de singulari illa, in quam nos inquirimus collationis specie dictum esse videtur, ut arab. مثل de Locmani fabulis.

Ita igitur et מ׳ et, uti prorsus apposite reddiderunt LXX et N. T., παραβολή suam ubique significationem obtinet a finitimisque nominibus bene est distinguenda. Sed denique occurrerit quispiam vestrum Platonicus: at quorsum copiosa haec verborum distinctio? Nonne κατὰ συνθήκην haec omnia sunt appellata?“ Esto, sed et in hac συνθήκῃ leges, notationis potissimum, secuti sunt, etsi minus interdum conscii. Caeterum in nostra re distinguendi cura eo magis opus erat, ut inter nos certe in opere nostro ab initio de horum nominum συνθήκῃ conveniret.

Vidimus igitur constantem παραβ. significationem, ut sit rei ad rem ex similitudine collatio, modo ipsa, quatenus imaginationi obversatur, modo oratio eandem designans. Diximus collationem ex similitudine: haec enim collationis est fundamentum ac conditio. Imaginationis autem esse has collationes, sua quemque docet suae mentis observatio; et propediem accuratius ostendere tentabimus. Hic modo ab comparatione, quae fit per intellectum, erant distinguendae.

Collationis autem hancce notionem, quam animadvertimus nomine παραβ. indicari, principalem ac generalem jam dicimus notam Parabolae, in cujus naturam nobis propositum est inquirere. Ab hac nota tanquam a principio progrediamur, sperantes fore, ut hoc principium probet finis. Sed jam in hoc introitu nobis est subsistendum, et quid vobis de eo videatur, amice quaerendum, simulque rogandum, ut in locos interiores eosque pedetentim et gratiores et graviores propediem me velitis comitari.

Zerstr. Bl. Samml. 4. S. 125. — 65) n. 8. 14. ad Lowthi I. l. —

SCHOLA II.

Notae Parabolarum Jesu, quibus distinguendae sint a finitimis orationis modis.

Collatio igitur nuper notata, Amicissimi, quae per imaginationem rem ad rem ex similitudine confert, aut consulto fit aut, ut saepenumero in communi sermone, immo in oratione adeo, inconsulte. Sin consulto res ad rem confertur, consilium subest aut s i g n i f i c a n d i hanc alteram rem, aut i l l u s t r a n d i, aut utrumque. Quodsi illud: tum res significanda non ostenditur vel nominatur ipsa, sed altera per imaginationem repraesentatur, ut signum sit illius. Atque haec quidem res significans *σύμβολον* vocatur sive *τύπος* sensu lat. דְּמוּת simulacrum rei significandae. Strictiore quodam sensu *τύπον* מוֹפֵת in S. S. dici de symbolo futurae rei significandae (praefigurationem vocat Augustinnus), ex Typologia S. recordamini, ex Ez., Apoc., ep. ad Hebr. ubi bis pro *τύπῳ* vel *συμβόλῳ* (quod nusquam N. T.) dictam vidimus *παραβολήν*. Sed hic de symbolo sensu latiore. Quatenus autem in o r a t i o n e nomen talis symboli s. rei significantis t r a n s f e r t u r in rem significandam: t r a n s l a t i o, *μεταφορά*, dicitur. Distinguimus autem has translationes, quae consulto fiunt (r h e t o r i c a s cum Ernestio[1]) appellemus), a solitis illis, ubi cujusdam rei nomen in alteram quandam ita constanter transferri consuevit, ut, qui dicit, collationis et translationis vix memor amplius sit, et nominis propria significatio ipsa in hanc alteram simul i m m u t a t a *τρόπος*[2]) videatur: unde Cic. Brut. 17. „ver-

1) Interpres. I, I. c. 2; 4. I, II. c. 4, 7. — 2) latius in arte Quinct. 8, 6, 1. „est verbi vel s e r m o n i s a propria significatione in aliam

Unde Theophyl. in Joh. 16.: παροιμία ἐστὶ λόγος πλαγίως καὶ ἐπικεκρυμμένως καὶ τὸ ὅλον παραβολικῶς ὑποκείμενόν τι δεικνύων. Similiter jam Basil. Comm. in Prov. (initio): παρὰ δὲ ἡμῖν παροιμία ἐστὶ λόγος ὠφέλιμος μετ' ἐπικρύψεως μετρίας ἐκδιδόμενος. Atque Cyrill. Al. l. XI. in Joh. 16, 25.: παροιμίαν εἶναί φησιν τὸν ἀμυδρόν τε καὶ οὐ λίαν. Affinis autem παροιμία est γνώμη et usu et forma. Unde παροιμία interdum significat γνώμην, potissimum apud Alexandr. interpretes. Et quoniam γνώμη pariter ut παροιμία, collatio plerumque est, pariter ut haec, nonnunquam παραβ. nomine appellatur, sed tum quidem, ubi vere est παραβολή vel certe videtur. Ita Luc. 5, 36.: ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν πρὸς αὐτούς· Ὅτι οὐδεὶς ἐπίβλημα ἱματίου καινοῦ ἐπιβάλλει ἐπὶ ἱμάτιον παλαιόν (Luc. 14, 7. huc non facit). Ita Mt. 15, 14. 15.: τυφλὸς δὲ τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται, ubi Petrus: φράσον ἡμῖν τὴν παραβ. ταύτην. Ita Marc. 7, 15. οὐδέν ἐστιν ἔξωθεν τοῦ ἀνθρώπου ὃ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι· ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα ἀπ' αὐτοῦ, ἐκεῖνά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον, non quidem collatio sed propria sententia; at videbatur τοῖς μαθηταῖς, quare ἐπηρώτων αὐτὸν περὶ τῆς παραβολῆς.

Ita igitur ubique in N. T. παραβ. suam obtinet collationis, sive psychol. sive grammat., significationem, et satis differt a nominibus finitimis. Neque est, quod nominis permutationes statuamus, quoniam in talibus artis quasi nominibus, in usu potissimum communi, satis sint solitae. Enimvero id etiamsi cadit in talia nomina, quale παροιμία est, in nostram παραβ. non potest, propter apertam notationem, quae jam per se etiam eos, qui distinctiones nihil curant, non sinit significationem permutare. Neque cum Glassio[59], Storrio[60], Schleusnero talis permutatio repetenda ex Alexandrinorum usu, qui משל passim transtulerint παραβολήν. Ad

---

vwr. — 59) Phil. S. I, II. tr. I. XXI. — 60) diss. herm. de Parr.

παροιμίας quidem in N. T. usum ambiguum hi fortasse contulerunt; sed alia res est in παραβ., quae adeo apprime respondet verbo 'מ.

Est enim nominis מָשָׁל notatio et significatio eadem fere ac παραβολῆς. Duxerim a verbo מָשַׁל (haud vicissim cum Gesen. ut v. esset denomin.), cujus princeps significatio esse videtur „conferendi" Kal. מ״ב παραβάλλειν παραβολήν Ez. 17, 2. 24, 3; LXX εἰπὶν παραβ.[61]), item Piel. Ez. 21, 5.: inde Hiph. Jes. 46, 5. componitur cum דִּמָּה. (Inde Niph. aequari Jes. 14, 10. Ps. 28, 1. al. ubi LXX ὁμοιωθῆναι, item Hithp. Job. 30, 9.; immo hinc adeo duxerim verbum finitimum מָשַׁל aequare h. e. aequivalere: deinde imperare). Eadem fortasse est syriaci ܡܬܠ et consoni chaldaici et arabis verbi interpretatio. Ex hoc igitur מָשַׁל verbo nomen מָשָׁל fortasse proprie collatio physica: translatum vero ad collationem qualis imaginationi obversatur, sensu psychol. atque ad hujus designationem, sive signo quovis fit, ubi est i. q. דִּמְיוֹן (Ez. 24, 3.) sive, ut plerumque, verbis: unde significatio grammatica: dictum rem ad rem ex similitudine conferens. (Vix cum Lowtho[62]) aliisque a verbo 'מ imperando, simul derivaveris, ut sit idem: dictum sublime). Jam qui est sermo atque oratio Orientalium: et proverbia et sententiose dicta collationibus continentur: et ita 'מ quoniam sunt, appellantur quoque. Immo omnis fere Hebraeorum poësis atque eloquentia (utraque enim conjuncta ibi esse solet) 'מ erant et dicebantur[63]). Bene itaque Herderus in libro: *Geist der hebr. Poesie*[64]): *ich zweifle, ob der Ursprung der Poesie (aus Naturbild und Naturempfindung) schöner als durch das hebr.* משל *ausgedrückt werden könnte.* Praecipue tamen de

---

§. 4. — 61) cf. 18, 2 sq. 12, 23.; Joel 2, 17. varians lectio LXX τοῦ κατάρξαι αὐτῶν. — 62 de poes. Hebr. prael. IV. — 63) nota probri in Jes. 14, 4. al. non inest in nom. 'מ quod hactenus voc. med. est, sed in nexu. — 64) II, 5. 21. (ed. Justi) cf. Herder

generis didactici quod vocant, modis dictum et quodam modo generi lyrico זמור oppositum fuisse assensus Michaeli[65]). Speciatim autem de singulari illa, in qua nos inquirimus collationis specie dictum esse videtur, et arab. מתל de Locmani fabulis.

Ita igitur et 'מ et, uti prorsus apposite reddiderunt LXX et N. T., παραβολή suam ubique significationem obtinet a finitimisque nominibus bene est distinguenda. Sed denique occurrerit quispiam vestrum Platonicus: „quorsum copiosa haec verborum distinctio? Nonne sunt συνθήκην haec omnia sunt appellata?" Esto, sed et in hac συνθήκη leges, notationis potissimum, secuti sunt, etsi minus interdum conscii. Caeterum in nostra re distinguendi cura eo magis opus erat, ut inter nos certe in opere nostro ab initio de horum nominum συνθήκη conveniret.

Vidimus igitur constantem παραβ. significationem, ut sit rei ad rem ex similitudine collatio, modo ipsa, quatenus imaginationi obversatur, modo oratio eandem designans. Diximus collationem ex similitudine: haec enim collationis est fundamentum ac conditio. Imaginationis autem esse has collationes, suam quemque docet suae mentis observatio; et propediem accuratius ostendere tentabimus. Hic modo ab comparatione, quae fit per intellectum, erant distinguendae.

Collationis autem hancce notionem, quam animadvertimus nomine παραβ. indicari, principalem ac generalem jam dicimus notam Parabolae, in cujus naturam nobis propositum est inquirere. Ab hac nota tanquam a principio progrediamur, sperantes fore, ut hoc principium probet finis. Sed jam in hoc introitu nobis est subsistendum, et quid vobis de eo videatur, amice quaerendum, simulque rogandum, ut in locos interiores eosque pedetentim et gratiores et graviores propediem me velitis comitari.

Zerstr. Bl. Samml. 4. S. 125. — 65) n. 8. 14. ad Lowthi l. l. —

SCHOLA II.

Notae Parabolarum Jesu, quibus distinguendae sint a finitimis orationis modis.

Collatio igitur nuper notata, Amicissimi, quae per imaginationem rem ad rem ex similitudine confert, aut consulto it aut, ut saepenumero in communi sermone, immo in oratione adeo, inconsulte. Sin consulto res ad rem confertur, consilium subest aut significandi hanc alteram rem, aut illustrandi, aut utrumque. Quodsi illud: tum res significanda non ostenditur vel nominatur ipsa, sed altera per imaginationem repraesentatur, ut signum sit illius. Atque haec quidem res significans σύμβολον vocatur sive τύπος sensu lat. דְּמוּת simulacrum rei significandae. Strictiore quodam sensu τύπον מָשָׁל in S. S. dici de symbolo futurae rei significandae (praefigurationem vocat Augustinus), ex Typologia S. recordamini, ex Ez., Apoc., ep. ad Hebr. ubi bis pro τύπῳ vel συμβόλῳ (quod nusquam N. T.) dictam vidimus παραβολήν. Sed hic de symbolo sensu latiore. Quatenus autem in oratione nomen talis symboli s. rei significantis transfertur in rem significandam: translatio, μεταφορά, dicitur. Distinguimus autem has translationes, quae consulto fiunt (rhetoricas cum Ernestio[1]) appellemus), a solitis illis, ubi cujusdam rei nomen in alteram quandam ita constanter transferri consuevit, ut, qui dicit, collationis et translationis vix memor amplius sit, et nominis propria significatio ipsa in hanc alteram simul commutata τρόπος[2]) videatur: unde Cic. Brut. 17. „ver-

1) Interpres. I, I. c. 2, 4. 1, II. c. 4, 7. — 2) latius in arte Quinct. 8, 6, 1. „est verbi vel sermonis a propria significatione in aliam

borum immutationes" vocat; **grammaticas** transl[...]nes appellat Ernestius. Sunt pleraeque istae, quas Ci[c.] et Quinct.[4]) dicunt „necessitatem genuisse, inopia coactam et angustiis." Nos igitur **de rhetorica** no[...] translatione. Quae si continuatur, ut non rei tan[tum] sed ejus notarum etiam nomina in rem significa[...] una transferantur: „alia plane fit oratio" ἄλλο ἀγο[ρεύει] ideoque appellatur ἀλληγορία, quam Cic. Or. 27. [vo]luit vocari „continuas translationes."

Symbolum igitur ejusque elocutionem, sive translationem sive allegoriam, ostendit vel dicit aliquis p[ro] re significanda, aut quia eam **proprie vix** potest ostendere vel dicere, aut quia **non vult.** Illuc p[erti]net, si quis symbolis designat res sensibus hum[anis] subtractas, ubi quidem imaginatio quasi mediatoris [offi]cio fungitur inter rerum et hominis naturam sensibi[lem] et inter sublimiorem: uti propediem videbimus. In re psychologica et theologica, ubi, qui docent, prae[ter] translationes, quae jam in constantes ac proprias pa[ene] significationes abierunt et necessariis illis translatio[ni]bus solitis accensentur, alias etiam metaphoras, rhetoricas, per collationem proferre coguntur, ut symbol[a] praebeant rei significandae. Sin autem symbolum q[ui] dicit pro re, quam **non vult** proprie dicere, sed [in] similitudine subobscura concludi: aenigma habes [in] sensu latiore h. e. orationem tectam. Huc pertinet λόγος ἐσχηματισμένος quem rhetores graeci vocant[5]), Quinct.[6]) controversiam figuratam. Huc trahenda etiam aenigmata sensu str., qualia V. T. illa, de quibus cf. Herderus i[n] libro: *Geist der hebr. Poësie.*

Alterum, propter quod collatio fit, est: si res ex similitudine confertur ad rem, ut hanc **illustret**

---

cum virtute mutatio." — 3) d. Or. 3, 18. — 4) Inst. 8, 6. 6. — 5) Dionys. Halic. (?) τέχ. ῥητ. c. 8. — 6) 9, 2, 65. —

inct.[7]): „ad inferendam rei lucem"). In hoc versatur tra parabola sensu str. et strictiss. Res autem ata hic non est symbolum tantum, sed παράδειγμα mplum sensu lat. h. e. res παρ' ἣν δείκνυται, in qua stratur altera. Bene enim, ut solet, distinguit Arist. in τέχνῃ ῥητορικῇ 2, 20.[8]) loco de inductionis proone, ita quidem: Παραδειγμάτων εἴδη δύο ἐστίν· ἓν γάρ ἐστι παραδείγματος εἶδος, τὸ λέγειν πράγματα προγενημένα (si quis refert facta), ἓν δέ, τὸ αὐτὸν ποιεῖν quis ipse profert ficta). Τούτου δὲ (fictorum exemum) ἓν μέν, παραβολή· ἓν δὲ λόγοι· οἷον οἱ Αἰσώπειοι Λιβυκοί. Aeque bene, ut solet, Quinct. 5, 11, 1.: aeci (παραδείγματος) nomine et generaliter usi sunt omni similium appositione, et specialiter in iis, quae um gestarum auctoritate nituntur. Nostri fere similinem vocare maluerunt, quod ab illis παραβολή dicihoc alterum, exemplum: quanquam et hoc, simile et illud, exemplum. Nos — utrumque παράδειγμα credamus et ipsi appellemus exemplum." Cic. lem (quanquam idem Top. 10. scripsit „ficta etiam mpla habent similitudinis vim") collationem tamen exemplo distinguit, pariter ut Ammonius priscus, παράδειγμα tanquam factum opponit παραβολῇ tanm ficto, assentientibus Paulo Heidelb. et Wohlfar-. Sed hi duntaxat non distinguunt inter exemplum et strict. sensu. Est igitur in parabola exemplum um. Qualem autem Arist. intelligi et quomodo ab λόγῳ[9]) distingui voluerit παραβολήν, non quidem die dicit, sed mox addit: παραβολὴ δέ, τὰ Σωκρατικά, non genus παραβ. sibi velle sed speciem videtur; ubjungit exempla, non conformata in λόγον, oratinam: ut: οὐ δεῖ τοὺς κληρωτοὺς ἄρχειν· ὅμοιον γάρ,

———

, 1, 72. — 8) ed. Reisk. p. 129 f. — 9) Verisimilitudine haec sane differt a λόγῳ, neque tamen hoc discrimen nolat oteles, ut Scholten. p. 37. 20. videtur voluisse. —

ὥσπερ εἴ τις τοὺς ἀθλητὰς κληρώσειε, μὴ οἳ ἂν δύνω[ν]ται ἀγωνίζεσθαι, ἀλλ' οἳ ἂν λάχωσιν. Itaque est ei παρα[βολὴ] collatio non continuata separatam in oratiunculam[10]. Neque diserte dicit, quomodo differat ab εἰκόνι 2, 4. Cic. Inv. 1, 30: „Comparabilis partes statuuntur tre[s] imago est oratio demonstrans corporum aut natura[rum] similitudinem. Collatio est oratio rem cum re ex si[mi]litudine conferens.“ Similiter Auct. ad Her. 4, 4[5]: „Similitudo est oratio traducens ad rem quampiam al[i]quid ex re dispari simile. 49: Imago est formae cu[m] forma cum quadam similitudine collatio.“ Quinct. [5,] 11, 22. non, ut interpretes volunt, a similitudine o[m]nino distinguit παραβολήν, sed a similitudine ea, qu[ae] ducitur citra ullam translationum mixturam ex re[bus] paene paribus. Nam „Παραβ., inquit, quam Cic. colla[]tionem vocat, longius (non ex paribus) res quae co[m]parentur, repetere solet; neque hominum modo in[ter] se opera similia spectantur — sed et a mutis, at[que] etiam inanimis interim hujusmodi ducitur. Et quoni[am] similium alia facies in tali ratione, admonendum e[st] rarius esse in oratione illud genus, quod εἰκόνα Grae[ci] vocant, quo exprimitur rerum et personarum imago – quam id, quo probabilius fit, quod intendimus.“ Dis[]crimen εἰκόνος et παραβ. Quinct. indicare videtur 8, 3, 72: „Praeclare vero ad inferendam rebus lucem reper[]tae sunt similitudines: quarum aliae sunt, quae proba[]tionis gratia inter argumenta ponuntur, aliae ad expri[]mendam rerum imaginem compositae.“ Videntur igitur hi rhetores imaginem εἰκόνα ad descriptionem (*Schilderung*) oblectantem potissimum, itaque maxime ad poësim (Arist. 3, 4. ποιητικὸν γάρ), παραβ. vero ad collationem probantem itaque ad eloquentiam maxime retulisse[11]). (Quanquam Platonis sunt etiam εἰκόνες;

10) ita Wolfius Portens. in sua ed. —. 11) Parum enim valet, quod Demetrius Phal. (vel potius Alexandr.) περὶ ἑρμην. §. 90. distinguit εἰκάσια in quibus στοχαστέον τοῦ συντόμου (breviter conjiciendum) a

rhetoricae, ut de Republ. 6, 4. 7. 7, 1. al. Hae autem παραβ. et εἰκόνες vel sollemnibus illis particulis adnectuntur (sive ante rem illustrandam sive post eam), vel [illegible] adponuntur s., ut cum Flacio dicam[12]), [illegible] ac sine similitudinis adverbiis ponuntur, vel denique innectuntur rei illustrandae: tanquam praedicatum statim huic injiciuntur: ut ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς. Atque tum quidem exoritur quaedam metaphorae et allegoriae species, quam illustrantem appellemus. Namque si uno verbo dixeris illam παραβ., et hoc tanquam praedicatum statim injeceris rei illustrandae tanquam subjecto: videbere nomen illius in hanc transtulisse: igitur metaphoram dixisse. Unde etiam Arist. 3, 4. (quanquam nimis late): ἔστι δὲ καὶ ἡ εἰκὼν, μεταφορά· διαφέρει γὰρ μικρόν· ὅταν μὲν γὰρ εἴπῃ τὸν Ἀχιλλέα· ὡς δὲ λέων ἐπόρουσεν, εἰκών ἐστι· ὅταν δὲ· λέων ἐπόρουσε, μεταφορά. Pariter Cic.: „metaphora similitudinis est ad unum verbum contracta brevitas.“ Similiter Cic. saxon. Ernest. [13]), et Caussinus [14]). Quinct. 8, 6, 8. „in totum, inquit, metaphora brevior est similitudo, eoque distat, quod illa comparatur rei, quam volumus exprimere, haec pro ipsa re dicitur“ cett. Similiter ex serioribus Sulzerus [15]) et Poelitzius [16]) Sin vero non tantum rei illustrantis nomen, sed ejus notarum nomina, s. ejus descriptionem, statim transtuleris in rem illustrandam s. tanquam praedicatum huic innexueris, ἀλληγορίας species exorietur. Ita si Iesus: ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή τλ. Tametsi enim proprie quidem talis descriptio suam rem significat, non illam illustrandam, itaque non ἀλληγορεῖ, tamen, quoniam respondens rei illustrandae descriptio aut non additur, ut in puris alleg., aut non tota, ut in mixtis (ubi notae quaedam propriae rei illustrandae immiscentur), sed illa rei illustrandae descriptio con-

---

παραβ. ποιητικαῖς imaginibus cum ὥσπερ. — 12) de trop. et schemat. Scr in Clav. II. p. 196. — 13) Interpr. I. I. 2, 9. — 14) De Eloq. p. 414. — 15) *Theorie der Künste. Thl. 3.* — 16) *Ge-*

generis didactici quod vocant, modis dictum et quodammodo generi lyrico מִזְמוֹר oppositum fuisse assenserim Michaeli[65]). Speciatim autem de singulari illa, in quam nos inquirimus collationis specie dictum esse videtur, ut arab. مثل de Locmani fabulis.

Ita igitur et מ׳ et, uti prorsus apposite reddiderunt LXX et N. T., παραβολή suam ubique significationem obtinet a finitimisque nominibus bene est distinguenda. Sed denique occurrerit quispiam vestrum Platonicus: at quorsum copiosa haec verborum distinctio? Nonne κατὰ συνθήκην haec omnia sunt appellata?" Esto, sed et in hac συνθήκῃ leges, notationis potissimum, secuti sunt, etsi minus interdum conscii. Caeterum in nostra re distinguendi cura eo magis opus erat, ut inter nos certe in opere nostro ab initio de horum nominum συνθήκῃ conveniret.

Vidimus igitur constantem παραβ. significationem, ut sit rei ad rem ex similitudine collatio, modo ipsa, quatenus imaginationi obversatur, modo oratio eandem designans. Diximus collationem ex similitudine: haec enim collationis est fundamentum ac conditio. Imaginationis autem esse has collationes, suam quemque docet suae mentis observatio; et propediem accuratius ostendere tentabimus. Hic modo ab comparatione, quae fit per intellectum, erant distinguendae.

Collationis autem hancce notionem, quam animadvertimus nomine παραβ. indicari, principalem ac generalem jam dicimus notam Parabolae, in cujus naturam nobis propositum est inquirere. Ab hac nota tanquam a principio progrediamur, sperantes fore, ut hoc principium probet finis. Sed jam in hoc introitu nobis est subsistendum, et quid vobis de eo videatur, amice quaerendum, simulque rogandum, ut in locos interiores eosque pedetentim et gratiores et graviores propediem me velitis comitari.

Zerstr. Bl. Samml. 4. *S.* 125. — 65) n. 8. 14. ad Lowthi l. l. —

SCHOLA II.

Notae Parabolarum Jesu, quibus distinguendae sint a finitimis orationis modis.

Collatio igitur nuper notata, Amicissimi, quae per imaginationem rem ad rem ex similitudine confert, aut consulto fit aut, ut saepenumero in communi sermone, immo in oratione adeo, inconsulte. Sin consulto res ad rem confertur, consilium subest aut **significandi** hanc alteram rem, aut **illustrandi**, aut utrumque. Quodsi illud: tum res significanda non ostenditur vel nominatur ipsa, sed altera per imaginationem repraesentatur, ut signum sit illius. Atque haec quidem res significans *σύμβολον* vocatur sive *τύπος* sensu lat. דְּמוּת simulacrum rei significandae. Strictiore quodam sensu *τύπον* תַּבְנִית in S. S. dici de symbolo futurae rei significandae (praefigurationem vocat Augustinus), ex Typologia S. recordamini, ex Ex., Apoc., ep. ad Hebr. ubi bis pro *τύπῳ* vel *συμβόλῳ* (quod nusquam N. T.) dictam vidimus *παραβολήν*. Sed hic de symbolo sensu latiore. Quatenus autem in **oratione** nomen talis symboli s. rei significantis **transfertur** in rem significandam: **translatio**, *μεταφορά*, dicitur. Distinguimus autem has translationes, quae consulto fiunt (**rhetoricas** cum Ernestio[1]) appellemus), a solitis illis, ubi cujusdam rei nomen in alteram quandam ita constanter transferri consuevit, ut, qui dicit, collationis et translationis vix memor amplius sit, et nominis propria significatio ipsa in hanc alteram simul **immutata** *τρόπος*[2]) videatur: unde Cic. Brut. 17. „ver-

1) Interpres. I, I. c. 2, 4. I, II. c. 4, 7. — 2) latius in arte Quinct. 8, 6, 1. „est verbi vel **sermonis** a propria significatione in aliam

verum immutationes" vocat; grammaticas translationes appellat Ernestius. Sunt pleraeque istae, quas Cic. et Quinct.[4]) dicunt „necessitatem genuisse, inopia coactam et angustiis." Nos igitur de rhetorica sermone translatione. Quae si continuatur, ut non rei tantum, sed ejus notarum etiam nomina in rem significandam transferantur: „alia plane fit oratio" ἄλλο ἀγορ... ideoque appellatur ἀλληγορία, quam Cic. Or. 27. ... buit vocari „continuas translationes."

Symbolum igitur ejusque elocutionem, sive translationem sive allegoriam, ostendit vel dicit aliquis ... re significanda, aut quia eam proprie vix potest ostendere vel dicere, aut quia non vult. Illud ... net, si quis symbolis designat res sensibus ... subtractas, ubi quidem imaginatio quasi mediatoris ... cio fungitur inter rerum et hominis naturam sensibilem et inter sublimiorem: uti propediem videbimus. In re psychologica et theologica, ubi, qui docent, ... translationes, quae jam in constantes ac proprias ... significationes abierunt et necessariis illis translationibus solitis accensentur, alias etiam metaphoras, allegoricas, per collationem proferre coguntur, ut symbola praebeant rei significandae. Sin autem symbolum ... dicit pro re, quam non vult proprie dicere, ... similitudine subobscura concludi: aenigma habes ... sensu latiore h. e. orationem tectam. Huc pertinet ... ἐσχηματισμένος quem rhetores graeci vocant[5]), Quint. controversiam figuratam. Huc trahenda etiam aenigmata sensu str., qualia V. T. illa, de quibus cf. Herderi libro: *Geist der hebr. Poësie.*

Alterum, propter quod collatio fit, est: si res ... similitudine confertur ad rem, ut hanc illustret ...

---

cum virtute mutatio." — 3) l. Or. 3, 18. — 4) Inst. 8, 6. — 5) Dionys. Halic. (?) τέχ. ἐητ. c. 8. — 6) 9, 2, 65.

(Quinct.[7]): „ad inferendam rei lucem"). In hoc versatur nostra parabola sensu str. et strictiss. Res autem collata hic non est symbolum tantum, sed παράδειγμα exemplum sensu lat. h. e. res παρ' ἣν δείκνυται, in qua illustratur altera. Bene enim, ut solet, distinguit Aristot. in τέχνη ῥητορικῇ 2, 20.[8]) loco de inductionis probatione, ita quidem: Παραδειγμάτων εἴδη δύο ἐστίν· ἓν μὲν γάρ ἐστι παραδείγματος εἶδος, τὸ λέγειν πράγματα προγεγενημένα (si quis refert facta), ἓν δέ, τὸ αὐτὸν ποιεῖν (si quis ipse profert ficta). Τούτου δὲ (fictorum exemplorum) ἓν μέν, παραβολή· ἓν δὲ λόγοι· οἷον οἱ Αἰσώπειοι καὶ Λιβυκοί. Aeque bene, ut solet, Quinct. 5, 11, 1.: „Graeci (παραδείγματος) nomine et generaliter usi sunt in omni similium appositione, et specialiter in iis, quae rerum gestarum auctoritate nituntur. Nostri fere similitudinem vocare maluerunt, quod ab illis παραβολή dicitur; hoc alterum, exemplum: quanquam et hoc, simile est; et illud, exemplum. Nos — utrumque παράδειγμα esse credamus et ipsi appellemus exemplum." Cic. quidem (quanquam idem Top. 10. scripsit „ficta etiam exempla habent similitudinis vim") collationem tamen ab exemplo distinguit, pariter ut Ammonius priscus, qui παράδειγμα tanquam factum opponit παραβολῇ tanquam ficto, assentientibus Paulo Heidelb. et Wohlfarthio. Sed hi duntaxat non distinguunt inter exemplum lat. et strict. sensu. Est igitur in parabola exemplum fictum. Qualem autem Arist. intelligi et quomodo ab ἀπολόγῳ[9]) distingui voluerit παραβολήν, non quidem diserte dicit, sed mox addit: παραβολὴ δέ, τὰ Σωκρατικά, quo non genus παραβ. sibi velle sed speciem videtur; et subjungit exempla, non conformata in λόγον, oratiunculam: ut: οὐ δεῖ τοὺς κληρωτοὺς ἄρχειν· ὅμοιον γάρ,

---

7) 8, 3, 72. — 8) ed. Reisk. p. 129 f. — 9) Verisimilitudine παρ. haec sane differt a λόγῳ, neque tamen hoc discrimen notat Aristoteles, ut Scholten. p. 57. 20. videtur voluisse. —

[illegible] [illegible], ἀλλ' αἱ ἐν [illegible]. Itaque est ei παρα collatio non continuata separatam in orationem[10]. Neque diserte dicit, quomodo differat ab [illegible] 2, 4. Cic. Inv. 1, 30: „Comparabilis partes [illegible] tres: imago est oratio demonstrans corporum aut naturarum similitudinem. Collatio est oratio rem cum re ex similitudine conferens.“ Similiter Auct. ad Her. 4, 45: „Similitudo est oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile. 49: Imago est formae cum forma cum quadam similitudine collatio.“ Quinct. 5, 11, 22. non, ut interpretes volunt, a similitudine omnino distinguit παραβολήν, sed a similitudine ea, quae ducitur citra ullam translationum mixturam ex rebus paene paribus. Nam „Παραβ., inquit, quam Cic. collationem vocat, longius (non ex paribus) res quae comparentur, repetere solet; neque hominum modo inter se opera similia spectantur — sed et a mutis atque etiam inanimis interim hujusmodi ducitur. Et quoniam similium alia facies in tali ratione, admonendum est, rarius esse in oratione illud genus, quod εἰκόνα Graeci vocant, quo exprimitur rerum et personarum imago — quam id, quo probabilius fit, quod intendimus.“ Discrimen εἰκόνος et παραβ. Quinct. indicare videtur 8, 3, 72: „Praeclare vero ad inferendam rebus lucem repertae sunt similitudines: quarum aliae sunt, quae probationis gratia inter argumenta ponuntur, aliae ad exprimendam rerum imaginem compositae.“ Videntur igitur hi rhetores imaginem εἰκόνα ad descriptionem (*Schilderung*) oblectantem potissimum, itaque maxime ad poësim (Arist. 3, 4. ποιητικὸν γάρ), παραβ. vero ad collationem probantem itaque ad eloquentiam maxime retulisse[11]). (Quanquam Platonis sunt etiam εἰκόνες

10) Ita Wolfius Portens. in sua ed. —. 11) Parum enim valet, quod Demetrius Phal. (vel potius Alexandr.) περὶ ἑρμην. §. 90. distinguit εἰκάσια in quibus στοχαστέον τοῦ συντόμου (breviter conjiciendum) a

rhetoricae, ut de Republ. 6, 4. 7. 7, 1 al. Hae autem παραβ. et εἰκόνες vel sollemnibus illis particulis adnectuntur (sive ante rem illustrandam sive post eam), vel ἀσυνδέτως adponuntur s., ut cum Flacio dicam[12]), solae ac sine similitudinis adverbiis ponuntur, vel denique innectuntur rei illustrandae: tanquam praedicatum statim huic injiciuntur: ut ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς. Atque tum quidem exoritur quaedam metaphorae et allegoriae species, quam illustrantem appellemus. Namque si uno verbo dixeris illam παραβ., et hoc tanquam praedicatum statim injeceris rei illustrandae tanquam subjecto: videbere nomen illius in hanc transtulisse: igitur metaphoram dixisse. Unde etiam Arist. 3, 4. (quanquam nimis late): ἔστι δὲ καὶ ἡ εἰκών, μεταφορά· διαφέρει γὰρ μικρόν· ὅταν μὲν γὰρ εἴπῃ τὸν Ἀχιλλέα· ὡς δὲ λέων ἐπόρουσεν, εἰκών ἐστι· ὅταν δὲ· λέων ἐπόρουσε, μεταφορά. Pariter Cic.: „metaphora similitudinis est ad unum verbum contracta brevitas." Similiter Cic. saxon. Ernest.[13]), et Caussinus[14]). Quinct. 8, 6, 8. „in totum, inquit, metaphora brevior est similitudo, eoque distat, quod illa comparatur rei, quam volumus exprimere, haec pro ipsa re dicitur" cett. Similiter ex serioribus Sulzerus[15]) et Poelitzius[16]) Sin vero non tantum rei illustrantis nomen, sed ejus notarum nomina, s. ejus descriptionem, statim transtuleris in rem illustrandam s. tanquam praedicatum huic innexueris, ἀλληγορίας species exorietur. Ita si Iesus: ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή τλ. Tametsi enim proprie quidem talis descriptio suam rem significat, non illam illustrandam, itaque non ἀλληγορεῖ, tamen, quoniam respondens rei illustrandae descriptio aut non additur, ut in puris alleg., aut non tota, ut in mixtis (ubi notae quaedam propriae rei illustrandae immiscentur), sed illa rei illustrandae descriptio con-

---

παραβ. ποιητικαῖς imaginibus cum ὥσπερ. — 12) de trop. et schemat. Scr in Clav. II. p. 196. — 13) Interpr. I. I. 2, 9. — 14) De Eloq. p. 414. — 15) *Theorie der Künste. Thl.* 3. — 16) *Ge-*

jicienda est tota vel partim ex rei illustrantis descriptione: jam haec ipsa videtur illam simul significare, ergo ἀλληγορεῖν. Ideoque et haec illustrantis similitudinis species Allegoriae nomine venit apud rhetores nostrates. Unde Poelitzius [17]: *Der eigenthümliche Charakter der Allegorie beruht darauf, dass der eigentliche Gegenstand, der versinnlicht werden soll, nicht selbst* (definitius: *nicht mit seinen Prädicaten*), *sondern unter einem ihm völlig entsprechenden Bilde erscheine.*“ Brouw. p. 20: „modus sententiae integrae ita exprimendae, ut loco rei, quae proprie dicenda erat, dicatur res ei similis.“ Meministis hanc peculiarem Ioanneorum Comment. orationem, *παροιμίας* nomine ibi appellatam [18]). Haec igitur Allegoria illustrans verborum tantum constructione, non reapse, differt a Parabola, quae non infertur, sed separatim adfertur rei illustrandae, plerumque cum nota ὡς ἔοικε similive, interdum sine ea. Idem discrimen fortasse obversabatur Lowtho prael. x. §. 127. cum Allegoriam hac nota: „quod propria immisceantur translatis“ a parab. discerni vellet [19]). Alioquin enim non distinxit nisi mixtam alleg. a pura [20]). Sunt autem mixtae tales allegoriae pleraeque: unde Quinct. 8, 6, 47: „Habet usum talis allegoriae frequenter oratio sed raro totius; plerumque apertis permixta est.“

„In omni autem parabole (ut jam pergamus cum Quinct. 8, 3, 77.) aut praecedit similitudo, res sequitur; aut praecedit res, similitudo sequitur. Sed interim libera et separata est: interim, quod longe optimum est, cum

---

sammtgebiet I, 454. — 17) *Gesammtgebiet* I, 461. — 18) cf. Vorst Philol. S. I. c. IV. Lampius ad Joh. X. — 19) Ceterum idem allegoriae (sens. lat.) speciem Par. dicit: „Alterum genus est allegoriae, quod parabolam proprie et restrictiori sensu appellare possumus, similitudinem nimirum, qua continetur narratio rei fictae, cujus ad aliquam veritatem accommodatio vel opponitur vel saltem innuitur. — 20) cf. Voss. Rhet. IV, 11. —

re, cujus est imago, connectitur, collatione invicem respondente, quod fuit redditio contraria, quae ἀνταπόδοσις dicitur — quae rem utramque quam comparat, velut subjicit oculis et pariter ostendit.“ Ita Quinct. Talis autem redditio, ubi et rei illustrantis et rei illustrandae notae sibi respondentes diserte exprimuntur (similitudinem per collationem vocat Auctor ad Her. 4, 47.) raro adhibetur. In plerisque parabolis haec lectori relinquitur conjicienda. Eatenus autem cum aenigmate aliquid commune habet; sed differt, quatenus in parab. res illustranda indicatur, collatio tantum conjicienda est. Et quatenus ex rei illustrantis designatione rei illustrandae designatio conjicienda est, haec in illa latere: itaque illa hanc simul significare, itaque ἄλλο ἀγορεύειν visa est. Atque haec est parab. atque allegoriae sensu grammat. affinitas. Inde illa Chrysostomi, inde pleraeque παραβολῆς definitiones, allegoriam grammaticam potius definientes. Ita Clem. Al. Strom. VI, 15: διὸ καὶ μεταφορικῇ κέχρηται (nim. Scr. S.) τῇ γραφῇ. Τοῦτο γάρ ἡ παραβολή· ὁ λόγος ἀπό τινος οὐ κυρίου μέν, ἐμφεροῦς δὲ τῷ κυρίῳ, ἐπὶ τἀληθὲς καὶ κύριον ἄγων τὸν συνιέντα. ἤ, ὥς τινές φασι, λέξις δι᾽ ἑτέρων τὰ κυρίως λεγόμενα μετ᾽ ἐναργείας περιστάνουσα. Ita Thomas sup. Jes. 14: „est sermo similitudinarius, qui aliud dicit, aliud significat.“ Observanda etiam est quaedam parab. atque symboli affinitas; plerumque enim symbolum aliquantum simul illustrat rem alteram, et vicissim parab. quodammodo rem alteram simul significat: immo interdum et significandi et illustrandi consilium conjunctum pariter subest: unde symbola, quae simul sint exempla, ut actiones Christi symbolicae illae, quas bene Krummacherus S. 467. vocat *lebendige Parabeln;* unde item parabolae, quae simul sint symbola: de quibus postmodo. Illustrandi tamen consilium in parab. ubique praevalebit.

Vidimus igitur parabolam sensu str. esse exemplum fictum, neque tamen separatam in ora-

jicienda est tota vel partim ex rei illustrantis descriptione: jam haec ipsa videtur illam simul significare, ergo *ἀλληγορεῖν.* Ideoque et haec illustrantis similitudinis species Allegoriae nomine venit apud rhetores nostrates. Unde Poelitzius [17]: *Der eigenthümliche Charakter der Allegorie beruht darauf, dass der eigentliche Gegenstand, der versinnlicht werden soll, nicht selbst* (definitius: *nicht mit seinen Prädicaten*), *sondern unter einem ihm völlig entsprechenden Bilde erscheine.*" Brouw. p. 20: „modus sententiae integrae ita exprimendae, ut loco rei, quae proprie dicenda erat, dicatur res ei similis." Meministis hanc peculiarem Ioanneorum Comment. orationem, *παροιμίας* nomine ibi appellatam [18]). Haec igitur Allegoria illustrans verborum tantum constructione, non reapse, differt a Parabola, quae non infertur, sed separatim adfertur rei illustrandae, plerumque cum nota *ὡς ἔοικε* similive, interdum sine ea. Idem discrimen fortasse obversabatur Lowtho prael. x. §. 127. cum Allegoriam hac nota: „quod propria immisceantur translatis" a parab. discerni vellet [19]). Alioquin enim non distinxit nisi mixtam alleg. a pura [20]). Sunt autem mixtae tales allegoriae pleraeque: unde Quinct. 8, 6, 47: „Habet usum talis allegoriae frequenter oratio sed raro totius; plerumque apertis permixta est."

„In omni autem parabole (ut jam pergamus cum Quinct. 8, 3, 77.) aut praecedit similitudo, res sequitur; aut praecedit res, similitudo sequitur. Sed interim libera et separata est: interim, quod longe optimum est, cum

---

sammtgebiet I, 454. — 17) *Gesammtgebiet* I, 461. — 18) cf. Vorst Philol. S. I. c. IV. Lampius ad Joh. X. — 19) Ceterum idem allegoriae (sens. lat.) speciem Par. dicit: „Alterum genus est allegoriae, quod parabolam proprie et restrictiori sensu appellare possumus, similitudinem nimirum, qua continetur narratio rei fictae, cujus ad aliquam veritatem accommodatio vel opponitur vel saltem innititur. — 20) cf. Voss. Rhet. IV, 11. —

re, cujus est imago, connectitur, collatione invicem respondente, quod fuit redditio contraria, quae ἀνταπόδοσις dicitur — quae rem utramque quam comparat, velut subjicit oculis et pariter ostendit." Ita Quinct. Talis autem redditio, ubi et rei illustrantis et rei illustrandae notae sibi respondentes diserte exprimuntur (similitudinem per collationem vocat Auctor ad Her. 4, 47.) raro adhibetur. In plerisque parabolis haec lectori relinquitur conjicienda. Eatenus autem cum aenigmate aliquid commune habet; sed differt, quatenus in parab. res illustranda indicatur, collatio tantum conjicienda est. Et quatenus ex rei illustrantis designatione rei illustrandae designatio conjicienda est, haec in illa latere: itaque illa hanc simul significare, itaque ἄλλο ἀγορεύειν visa est. Atque haec est parab. atque allegoriae sensu grammat. affinitas. Inde illa Chrysostomi, inde pleraeque παραβολῆς definitiones, allegoriam grammaticam potius definientes. Ita Clem. Al. Strom. VI, 15: διὸ καὶ μεταφορικῇ κέχρηται (nim. Scr. S.) τῇ γραφῇ. Τοῦτο γὰρ ἡ παραβολή· ὁ λόγος ἀπό τινος οὐ κυρίου μέν, ἐμφερoῦς δὲ τῷ κυρίῳ, ἐπὶ τἀληθὲς καὶ κύριον ἄγων τὸν συνιέντα. ἤ, ὥς τινές φασι, λέξις δι' ἑτέρων τὰ κυρίως λεγόμενα μετ' ἐναργείας περιστάνουσα. Ita Thomas sup. Jes. 14: „est sermo similitudinarius, qui aliud dicit, aliud significat." Observanda etiam est quaedam parab. atque symboli affinitas; plerumque enim symbolum aliquantum simul illustrat rem alteram, et vicissim parab. quodammodo rem alteram simul significat: immo interdum et significandi et illustrandi consilium conjunctum pariter subest: unde symbola, quae simul sint exempla, ut actiones Christi symbolicae illae, quas bene Krummacherus S. 467. vocat *lebendige Parabeln;* unde item parabolae, quae simul sint symbola: de quibus postmodo. Illustrandi tamen consilium in parab. ubique praevalebit.

Vidimus igitur parabolam sensu str. esse exemplum fictum, neque tamen separatam in ora-

[illegible]

[illegible] allegoria illustrare [illegible] Allegoria [illegible] Parab. [illegible] Parab. [illegible] Allegoria. [illegible] differunt a [illegible] Parab. [illegible] omnibus [illegible] Her[illegible] p. [illegible]. In [illegible] Jesu Christi [illegible]. Ex similitudine [illegible] aliquas, [illegible] Lc. [illegible] vero in Parabolis [illegible] sunt parabolae [illegible] appellaverat Origenes; [illegible] Jesus in [illegible] scriptores [illegible] (cf. Lc. 15, 2. cum Mt. et Mrc.): sed haec de [illegible]. [illegible] Parab. strictiss.: collatio per narra-

21) [illegible] differentiae [illegible] accidentem [illegible] S. 21.: „In diesen Stellen ist Jesus selbst unverhüllt die handelnde Person; in allen eigentl. Parab. ist er es aber entweder gar nicht, oder er stellt sich selbst unter der Hülle einer bildlichen Person dar. —

onem fictam illustrans rem alteram. Sed jam recurrunt nobis λόγοι illi, quos Aristot. dixerat Αἰσωπείους. Fabellae illae, quas „non quidem ab Aesopo sed ab Hesiodo [22]) originem habere, nomine tamen Aesopi maxime celebrari“ dicit Quinct. 5, 11, 19. *Αἶνον* Graeci vocant h. e. nomen impositum: ut nuper conjecimus, ideo quidem, quod moribus quibusdam (χαρακτῆρσιν) nomen ibi imponitur vel laudis vel probri. *Ἀπόλογον* quoque dicunt atque hunc quidem proprie de fabella ipsa, oppositum ἐπιλόγῳ, applicationi. *Μῦθον* appellat Aphthonius in Progymnasm. atque ita definit: λόγος ψευδὴς εἰκονίζων ἀλήθειαν. et Cic. Inv. 1, 19 [23]): „fabula est, in qua nec verae nec verisimiles res continentur.“ Non uno modo de Fabellae natura disseruerunt Gellius [24]), Vossius rhetor [25]), de la Motte [26]), Breitingerus [27]), Heidenreichius [28]), Conzius [29]), Iacobsius [30]), inpr. Lessingius 5 *Abhandl. ü. d. Fabel* (adjecit suis Fabellis); porro Herderus *ü. Bild Dichtung u. Fabel in zerstr. Bl.* 3 *Sammlung* S. 173. et Krummacherus *Apologen und Paramythien. Vorr.* S. *IV ff.* Multus item de fabella est Bartelsius S. 37—58. Sed pauca haec ad nostram rem sufficiant: Si antiquum et recentem fabulas [31]) sns. strict. s. Fabellas dicendi usum et Fabellarum ipsarum et antiquarum et recentiorum indolem respicere malueritis, quam singularem philosophando inducere notionem cum Lessingio qui S. 171. scripsit: *Wenn wir einen allgemeinen mor. Satz auf einen besondern Fall zurückführen, diesem besond. Falle die Wirklichkeit ertheilen und eine Geschichte*

---

22) *Ἐργ. κ. Ἡμ.* 202. cf. item Archilochi Reliquiae (coll. Liebel. Lips. 1818. De Aesopi fab. cf. Wachler. *Hdb. d. Gesch. der Lit.* 1, 113. — 23) cf. ad Her. 1, 8. — 24) N. A. 2, 29. — 25) IV. c. XI f. — 26) discours sur la Fable. — 27) *Der krit. Dichtkunst. 1r Bd. 7r Abschn.* S. 194. — 28) *System der Aesthet. 1r Bd. Beitr. 7. Exc.* 4. — 29) *Abh. über Fabel und Parabel S. 1 ff.* — 30) *Ueber die griech. Fabulisten in „Nachtr. zu Sulzers Lexik.“* — 3 lat. enim sns. de quavis materia ficta (argumento) Quinct. 5, 10, 9. al. —

darnus dichten, in welcher man den allgemeinen Satz anschauend erkennt: so heisst diese Dichtung eine Fabel „vel cum Herdero qui S. 173.: *Fabel ist eine Dichtung, die für einen gegenwärtigen Fall des menschlichen Lebens in einem andern congruenten Falle einen allgemeinen Erfahrungssatz oder eine praktische Lehre, nach innerer Nothwendigkeit derselben so anschaulich macht, dass die Seele nicht etwa nur überredet, sondern krafft der vorgestellten Wahrheit selbst sinnlich überzeugt werde*" — sin, inquam, antiquum et recentem usum, non has subtiliores quam veriores definitiones secuti fueritis: vix cum Storrio, Conzio aliisque Parab. Jesu in Fabulis numerabitis. Quod enim Phaedrus pueris quondam nobis cecinit: „duplex libelli dos est, quod risum movet, et quod prudenti vitam consilio monet" et quod Cic. dixit, nec veras nec verisimiles res continere: hae notae (quidquid contra Batteux et la Fontaine moneat Lessingius [32]) *χαρακτηρα* fabellae conficiunt. Differt igitur a Parab. ita, ut ipsa experientiae praeceptum inculcandum vel vitam communem perstringendam jocose illustret per exemplum libere, plerumque contra rerum naturam fictum; Parab. vero, rem sententiamve sublimiorem serio illustret per exemplum ad rerum veritatem fictum. Bene enim Origenes Comm. in Prov.: *ἔστι παραβ., λόγος ὡς περὶ γινομένου, μὴ γινομένου μὲν κατὰ τὸ ῥητόν, δυναμένου δὲ γενέσθαι, τροπικῶς δηλωτικὸς πραγμάτων ἐκ μεταλήψεως τῶν ἐν παραβ. λεγομένων.* Similiter Eustath. in Iliad. [33]): *λόγος διδάσκων καὶ πιστούμενος τὸ ὑποκείμενον ἐκ τῶν εἰωθότων ἀεὶ γενέσθαι.* Et Anonymus *περὶ Ρητορ.* in Rhett. sel. I. Oxon. 1676 dicit, *παραβ.* esse *γινομένου καὶ συμβαίνοντος* h. e. id quod Schleusnerus scripsit: „a rebus obviis sumtas." Hac enim ratione etiam parabb. rhetorum gr. et rom. cum nostra orientali concinunt. Eliguntur exempla

---

32) *Abh.* 4. S. 214 *ff.* — 33) *β. p.* 176. *ed. Rom.* —

parab. vel ex hominum vita vel ex rerum natura, et *assimilantur* quidem rei illustrandae, sed ita, ut hominum vitae et rerum naturae prorsus conveniant: ut agitur sint *verisimilia*; cum contra Fabellae s. Apologi mutis ac inanimis adeo sermonem et actionem naturarum ratione praeditarum tribuere soleant. Haud commode Storrius huic Parab. inter et Fabulam discrimini constituendo et omnino toti suae dissertationi tanquam fundamentum subjecit subtiliorem quam veriorem Lessingii expositionem, ab Herdero jam examinatam. Distinguit igitur Storrius §. 2. a Fab. non Par. sns. strictiss., sed Aristotelis illam παραβολήν, et quidem ad notam a Lessingio pressam, ita fere: „in parab. ut possibilis tantum animo concipitur res, quae alterius imago est (Mrc. 4, 31. κόκκον σινάπ. ὅταν σπαρῇ) cum contra fabula rem tanquam certo tempore gestam narrare soleat (Lc. 13, 9. ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔβαλεν).“ 34) Sed primum haec mera cogitationis relatio, nimirum *possibilitatis* subjectivae (ὥσπερ εἴ τις) et *veritatis* subjectivae (ὡς ἐγένετο) non vim (ut Lessing. opinatur) sed formam tantum differentem faceret; deinde etiam παραβ. sns. str. plerumque veritate subjectiva cogitatur et proponitur (ὡς γίγνεται, ὡς ἐγένετο), atque quod Aristot. habet ὥσπερ εἴ τις, nota accidens videtur, non characteris, ut Lessing. et Brouwer. (p. 14.) existimant. Jam Storrius §. 3. pergit distinguere parabb. vel „per ipsam rerum praesentem naturam possibiles vel sub commenticia conditione. — Jam si, quod in parab. duntaxat ut possibile spectetur, aliquando *evenisse* fingamus: fabulas existere, et ex primo quidem parab. genere *rationales* h. e. absolute possibiles (quae fieri vel soleant vel possint certe) ex altero *morales* h. e. sub conditione, ut vel subjecta quae finguntur, exsistant vel rebus fictae dotes tribuantur“. Ita Storrius

34) Reprobat Storrii discrimen idem Scholtenius p. 55 ff. —

secutus Lessing S. 178. qui Aphthonii [35]) partitio ad Wolfii philosophiam [36]) paululum mutaverat. §. Storrius addit, rationales Christi fabulas ab Evangeli contra graecam consuetudinem *παραβ.* esse vocatas. §. pergit Lessingii [37]) fabellae divisionem. transferre in Parabb., ut sint vel simplices, si moralis doctrina u verse illustretur fabula, vel compositae, ubi ad cer quendam eventum illustrandum speciatim pertineat. §. 6 distinguit fabb. Christi, quae generalis quam inculcant etrinae exempla sint, et quae „ejus etiam ipsius im nes sint et allegoriae". Sed nolo jam pergere in philosophi expositione; jam satis videbitis, utrum explicuerit magis, an implicuerit Storrius; atque nu que eum dixerim haud commode et prospere Lessin nae opinioni dissertationem suam superstruxisse. ipse n. 14. confessus est, in vulgari sermone incom dum esse, si Parabb. Jesu in fabulis numerentur; quod addit „in hac tractatione id opus fuisse", tractati ipsa refutat. Ceterum quam parum Fabulae nom quidquid ad Grotii [38]) et Cocceji [39]) exemplar provoca Storrius, Parabolarum Jesu praestantiae conveniat, vestri animi sensus judicabit, et ex antea expositis sati apparebit. Vidimus enim differentiam Parab. specifi cam quam vocant, qua longe maxime Fabulas superat, esse praeter seriam indolem [40]) in duplici potissimum nota: primum rei illustrandae sublimitate: quam notam bene tenent Krummacherus, qui S. 429. scripsit: *Die hebr. Parabel kann zu einer weit höheren Sphäre erheben, als die Apologen der Griechen. Sie führt alsdann dem Menschen, als einem Mitgliede eines höheren unsichtbaren Reiches, die Natur vor als ein Bild,*

---

35) Progymn.: *τοῦ δὲ μύθου, τὸ μέν ἐστι λογικόν τὸ δὲ ἠθικόν, τὸ δὲ μίκτον, καὶ λογικὸν μὲν ἐν ᾧτι ποιῶν ἄνθρωπος πέπλασται, ἠθικὸν δὲ τὸ τῶν ἀλόγων ἦθος ἀπομιμούμενον.* — 36) Philos. pract. univ. P. II. §. 303. — 37) *Abh.* 4. S. 114. — 38) ad Mt. 13, 10. — 39) Schol. in Mt. 20. p. 32. — 40) Ballauf. S. 75. —

…ieht damit er allgemeine Wahrheiten und Erfahrungssätze daraus lerne und erkenne, sondern damit er das Höchste und Uebersinnliche in ihr erschaue [41]: …nent etiam Eylertus [42]), Poelitzius [43]), Wohlfarthius, postremum Bartels. qui S. 75.: *es ist ihr Charakter, dass sie übersinnliche Ideen aus Natur- und Menschenleben versinnlichen.* Altera, qua Parab. a Fab. differt, nota est in rei illustrantis verisimilitudine: quae nota a Bauero, Tzschuckio [44]), Bartelsio [45]), Hessio [46]), a Fritzschio nostro in Comment. [47]) et a Niednero nostro [48]), a Brouw. et Scholt. notata, a Wohlfarthio vero aliisque praetermissa, Parab. Christi simul discernit a μύθοις Graecorum philosophicis apud Platonem al., ut κοσμογον. θεογον., qui tanquam ex subliniori rerum natura libere sunt conficti, et pariter a seriori narrationis collatae specie illis μύθοις simili, a Legendis Rosswithae, Herderi, Kosengarteni al. quarum similes etiam in Talmude. Apologus igitur rem fictam ut in inferiore quam humana rerum natura, Mythus et Legenda ut in superiore gestam narrat. Verum Parab. rerum naturae et vitae humanae conditionem ac rationem vere quasi repetit. Similiter Krummacherus S. 435.: *Die Par. entlehnt ihren Stoff aus der Sinnenwelt, aus der Natur und dem Menschenleben, die sie gerade so darstellt, wie sie sind, und zwar in ihren allgemein als wahr anerkannten und bekannten Zügen*, vel potius, ut mallem dixisset: *in ihren leicht allgemein als wahr erkennbaren oder schon bekannten Zügen.* Unde Erasm. ad Mrc. 4. vocat rerum notissimarum similitudines. Id quod in omnibus Jesu Parabb. agnoscetis praeter Parab. de homine divite Lc. 12, 20. ubi εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ θεός et de

---

41) cf. *Krummach. Par. Vorrede.* — 42) *Abh. S.* 10 *f.* — 43) *Gesammtgebiet* 3, 443. — 44) Comm. c. §. 11. — 45) *Spec. Hom. S.* 28. — 46) *bibl. Gesch.* 14, 385. — 47) ad Mt. 13, 7. — 48) Diss. de loco Lc. 10, 1 sqq. Lips 1826.

tiunculam conformatum. Ita apud rhet. gr. et ra[illegible] Ita nonnullae etiam Christi similitudines παραβ. appellatae: quales quidem emblematicas quidam vocant, Origenes autem Comm. ad Mt. 13. dicit οὐ παραβολάς (nim. sns strictiss.) ἀλλ' ὁμοιώσεις, addit enim recte: ἔοικεν ὁμοίωσις εἶναι γενετική, ἡ δε παραβολὴ εἰδική. Sed jam relinquimus rhetores antiquos, et hanc εἰδικὴν παραβολήν, singularem collationis speciem orientalem, Parab. sns. strictiss. consideremus.

Est autem Parab. sns. strictiss. s. orient.: collatio conformata singularem in oratiunculam et quidem narratiunculam (*Gleichnisserzählung*); etenim non describitur, sed ut res gesta refertur. Hac simul re differt ab Allegoria illustrante, quae, ut structurae ratio fert, semper descriptio est. Potest talis Allegoria, mutata sua in historicam forma, mutari in Parab. et vicissim. Ita Jes. 5, 1—7. de vinea Parab., in Ps. 80, 9. Allegoria. Ita Christi apud Ioh. orationes, etiam illae de pastore et de vite, vulgo et etiamnum a Luickio in Parab. numeratae [21]), differunt a propriis Christi Par. in reliquis Comment. S., de quibus Luickius ipse in Hermen. p. 112. scripsit: *In den Parabeln Jesu Christi — herrschte das epische Element vor.* Ex similitudinibus illis, non conformatis in narratiunculam, aliquot, ut Lc. 11, 5. 21. 12, 36. 14, 8. 15, 4. vulgo in Parabolis habentur, sed quales nunc habemus, sunt parabb. non strictiss. sed strictiore sns. (ὁμοιώσεις modo appellaverat Origenes): quas quidem non satis patet utrum Jesus ita breves proposuerit, an Comm. S. scriptores comminutas retulerint (cf. Lc. 15, 3. cum Mt. et Mrc.); sed hac de re alias. Est igitur Parab. strictiss.: collatio per narra-

---

21) Bartels. vereor ne pro necessaria differentiae nota accidentem dederit S. 27.:, „*in diesen Stellen ist Jesus selbst unverhüllt die handelnde Person; in allen eigentl. Parab. ist er es aber entweder gar nicht, oder er stellt sich selbst unter der Hülle einer bildlichen Person dar.* —

em fictum illustrans rem alteram. Sed jam recurrunt is λόγοι illi, quos Aristot. dixerat Αἰσωπείους. Fabellae, quas „non quidem ab Aesopo sed ab Hesiodo [22]) inem habere, nomine tamen Aesopi maxime celei" dicit Quinct. 5, 11, 19. *Αἶνον* Graeci vocant h. e. en impositum: ut nuper conjecimus, ideo quidem, l moribus quibusdam (χαρακτῆρσιν) nomen ibi imponi vel laudis vel probri. *Ἀπόλογον* quoque dicunt atque c quidem proprie de fabella ipsa, oppositum ἐπιλόγῳ, licationi. *Μῦθον* appellat Aphthonius in Progymnasm. e ita definit: λόγος ψευδὴς εἰκονίζων ἀλήθειαν. et Cic. 1, 19 [23]): „fabula est, in qua nec verae nec veres res continentur." Non uno modo de Fabellae ra disseruerunt Gellius [24]), Vossius rhetor [25]), de la te [26]), Breitingerus [27]), Heidenreichius [28]), Conzius [29]), bsius [30]), inpr. Lessingius 5 *Abhandl. ü. d. Fabel* ecit suis Fabellis); porro Herderus *ü. Bild Dichtung Fabel in zerstr. Bl.* 3 *Sammlung* S. 173. et Krumherus *Apologen und Paramythien. Vorr. S. IV ff.* tus item de fabella est Bartelsius S. 37—58. Sed a haec ad nostram rem sufficiant: Si antiquum et ntem fabulas [31]) sns. strict. s. Fabellas dicendi usum abellarum ipsarum et antiquarum et recentiorum inm respicere malueritis, quam singularem philosoado inducere notionem cum Lessingio qui S. 171. psit: *Wenn wir einen allgemeinen mor. Satz auf n besondern Fall zurückführen, diesem besond. le die Wirklichkeit ertheilen und eine Geschichte*

Ἔργ. κ. Ἡμ. 202. cf. item Archilochi Reliquiae (coll. Liebel. 1818. De Aesopi fab. cf. Wachler. *Hdb. d. Gesch. der* 1, 113. — 23) cf. ad Her. 1, 8. — 24) N. A. 2, 29. — IV. c. XI f. — 26) discours sur la Fable. — 27) *Der krit. tkunst. 1r Bd. 7r Abschn. S.* 194. — 28) *System der Aesthet. Id. Beitr. 7. Exc.* 4. — 29) *Abh. über Fabel und Parabel ff.* — 30) *Ueber die griech. Fabulisten in „Nachtr. zu Sul- Lexik."* — 3 1st. enim sns. de quavis materia ficta (argu- s) Quinct. 5, 10, 9. al. —

tiunculam conformatum. Ita apud rhet. gr. et rom. Ita nonnullae etiam Christi similitudines παραβ. appellatae: quales quidem emblematicas quidam vocant, Orig. autem Comm. ad Mt. 13. dicit οὐ παραβολάς (nim. sns. strictiss.) ἀλλ' ὁμοιώσεις, addit enim recte: ἔοικεν ὁμοίωσις εἶναι γενετικὴ, ἡ δε παραβολὴ εἰδικὴ. Sed jam reliquimus rhetores antiquos, et hanc εἰδικὴν παραβολὴν, singularem collationis speciem orientalem, Parab. sns. strictiss. consideremus.

Est autem Parab. sns. strictiss. s. orient.: collatio conformata singularem in oratiunculam et quidem in narratiunculam (*Gleichnisserzählung*); etenim non describitur, sed ut res gesta refertur. Hac simul re differt ab Allegoria illustrante, quae, ut structurae ratio fert, semper descriptio est. Potest talis Allegoria, mutata sua in historicam forma, mutari in Parab. et vicissim. Ita Jes. 5, 1 — 7. de vinea Parab., in Ps. 80, 9 Allegoria. Ita Christi apud Ioh. orationes, etiam illae de pastore et de vite, vulgo et etiamnum a Luickio in Parab. numeratae [21]), differunt a propriis Christi Par. in reliquis Comment. S., de quibus Luickius ipse in Hermen. p. 112. scripsit: *In den Parabeln Jesu Christi — herrschte das epische Element vor.* Ex similitudinibus illis, non conformatis in narratiunculam, aliquot, Lc. 11, 5. 21. 12, 36. 14, 8. 15, 4. vulgo in Parabolis habentur, sed quales nunc habemus, sunt parabb. non strictiss. sed strictiore sns. (ὁμοιώσεις modo appellaverat Origenes): quas quidem non satis patet utrum Jesus iis breves proposuerit, an Comm. S. scriptores comminutas retulerint (cf. Lc. 15, 3. cum Mt. et Mrc.); sed haec de re alias. Est igitur Parab. strictiss.: collatio per narr

21) Bartels. vereor ne pro necessaria differentiae nota accidentem dederit S. 27.:, *„in diesen Stellen ist Jesus selbst unverhüllt die handelnde Person; in allen eigentl. Parab. ist er es aber entweder gar nicht, oder er stellt sich selbst unter der Hülle einer bildlichen Person dar. —*

tionem fictam illustrans rem alteram. Sed jam recurrunt nobis λόγοι illi, quos Aristot. dixerat *Αἰσωπείους*. Fabellae illae, quas „non quidem ab Aesopo sed ab Hesiodo [22]) originem habere, nomine tamen Aesopi maxime celebrari" dicit Quinct. 5, 11, 19. *Αἶνον* Graeci vocant h. e. nomen impositum: ut nuper conjecimus, ideo quidem, quod moribus quibusdam (*χαρακτῆρσιν*) nomen ibi imponitur vel laudis vel probri. *Ἀπόλογον* quoque dicunt atque hunc quidem proprie de fabella ipsa, oppositum *ἐπιλόγῳ*, applicationi. *Μῦθον* appellat Aphthonius in Progymnasm. atque ita definit: *λόγος ψευδὴς εἰκονίζων ἀλήθειαν*. et Cic. Inv. 1, 19 [23]): „fabula est, in qua nec verae nec verisimiles res continentur." Non uno modo de Fabellae natura disseruerunt Gellius [24]), Vossius rhetor [25]), de la Motte [26]), Breitingerus [27]), Heidenreichius [28]), Conzius [29]), Iacobsius [30]), inpr. Lessingius 5 *Abhandl. ü. d. Fabel* (adjecit suis Fabellis); porro Herderus *ü. Bild Dichtung u. Fabel in zerstr. Bl.* 3 *Sammlung* S. 173. et Krummacherus *Apologen und Paramythien. Vorr. S. IV ff.* Multus item de fabella est Bartelsius S. 37—58. Sed pauca haec ad nostram rem sufficiant: Si antiquum et recentem fabulas [31]) sns. strict. s. Fabellas dicendi usum et Fabellarum ipsarum et antiquarum et recentiorum indolem respicere malueritis, quam singularem philosophando inducere notionem cum Lessingio qui S. 171. scripsit: *Wenn wir einen allgemeinen mor. Satz auf einen besondern Fall zurückführen, diesem besond. Falle die Wirklichkeit ertheilen und eine Geschichte*

---

22) *Ἐργ. κ. Ἡμ.* 202. cf. item Archilochi Reliquiae (coll. Liebel. Lips. 1818. De Aesopi fab. cf. Wachler. *Hdb. d. Gesch. der Litt.* 1, 113. — 23) cf. ad Her. 1, 8. — 24) N. A. 2, 29. — 25) IV. c. XI f. — 26) discours sur la Fable. — 27) *Der krit. Dichtkunst. 1r Bd. 7r Abschn.* S. 194. — 28) *System der Aesthet. 1r Bd. Beitr. 7. Exc.* 4. — 29) *Abh. über Fabel und Parabel* S. 1 *ff.* — 30) *Ueber die griech. Fabulisten in „Nachtr. zu Sulzers Lexik."* — 31) Iat. enim sns. de quavis materia ficta (argumento) Quinct. 5, 10, 9. al. —

daraus dichten, in welcher man den allgemeinen Satz anschauend erkennt: so heisst diese Dichtung eine Fabel „vel cum Herdero qui S. 173.: *Fabel ist eine Dichtung, die für einen gegenwärtigen Fall des menschlichen Lebens in einem andern congruenten Falle einen allgemeinen Erfahrungssatz oder eine praktische Lehre, nach innerer Nothwendigkeit derselben so anschaulich macht, dass die Seele nicht etwa nur überredet, sondern krafft der vorgestellten Wahrheit selbst sinnlich überzeugt werde*" — sin, inquam, antiquum et recentem usum, non has subtiliores quam veriores definitiones secuti fueritis: vix cum Storrio, Conzio aliisque Parab. Jesu in Fabulis numerabitis. Quod enim Phaedrus pueris quondam nobis cecinit: „duplex libelli dos est, quod risum movet, et quod prudenti vitam consilio monet" et quod Cic. dixit, nec veras nec verisimiles res continere: hae notae (quidquid contra Batteux et la Fontaine moneat Lessingius [32]) χαρακτῆρα fabellae conficiunt. Differt igitur a Parab. ita, ut ipsa experientiae praeceptum inculcandum vel vitam communem perstringendam jocose illustret per exemplum libere, plerumque contra rerum naturam fictum; Parab. vero, rem sententiamve sublimiorem serio illustret per exemplum ad rerum veritatem fictum. Bene enim Origenes Comm. in Prov.: *ἔστι παραβ., λόγος ὡς περὶ γινομένου, μὴ γινομένου μὲν κατὰ τὸ ῥητόν, δυναμένου δὲ γενέσθαι, τροπικῶς δηλωτικὸς πραγμάτων ἐκ μεταλήψεως τῶν ἐν παρβ. λεγομένων.* Similiter Eustath. in Iliad. [33]): *λόγος διδάσκων καὶ πιστούμενος τὸ ὑποκείμενον ἐκ τῶν εἰωθότων ἀεὶ γενέσθαι.* Et Anonymus *περὶ Ῥητορ.* in Rhett. sel. I. Oxon. 1676 dicit, *παραβ.* esse *γινομένου καὶ συμβαίνοντος* h. e. id quod Schleusnerus scripsit: „a rebus obviis sumtas." Hac enim ratione etiam parabb. rhetorum gr. et rom. cum nostra orientali concinunt. Eliguntur exempla

---

32) *Abh.* 4. *S.* 214 *ff.* — 33) *β. p.* 176. *ed. Rom.* —

Parab. vel ex hominum vita vel ex rerum natura, et assimilantur quidem rei illustrandae, sed ita, ut hominum vitae et rerum naturae prorsus conveniant: ut igitur sint verisimilia; cum contra Fabellae s. Apologi mutis ac inanimis adeo sermonem et actionem naturarum ratione praeditarum tribuere soleant. Haud commode Storrius huic Parab. inter et Fabulam discrimini constituendo et omnino toti suae dissertationi tanquam fundamentum subjecit subtiliorem quam veriorem Lessingii expositionem, ab Herdero jam examinatam. Distinguit igitur Storrius §. 2. a Fab. non Par. sns. strictiss., sed Aristotelis illam παραβολήν, et quidem ad notam a Lessingio pressam, ita fere: „in parab. ut possibilis tantum animo concipitur res, quae alterius imago est (Mrc. 4, 31. κόκκον σιναπ. ὅταν σπαρῇ) cum contra fabula rem tanquam certo tempore gestam narrare soleat (Lc. 13, 9. ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔβαλεν).“ 34) Sed primum haec mera cogitationis relatio, nimirum possibilitatis subjectivae (ὥσπερ εἴ τις) et veritatis subjectivae (ὡς ἐγένετο) non vim (ut Lessing. opinatur) sed formam tantum differentem faceret; deinde etiam παραβ. sns. str. plerumque veritate subjectiva cogitatur et proponitur (ὡς γίγνεται, ὡς ἐγένετο), atque quod Aristot. habet ὥσπερ εἴ τις, nota accidens videtur, non characteris, ut Lessing. et Brouwer. (p. 14.) existimant. Jam Storrius §. 3. pergit distinguere parabb. vel „per ipsam rerum praesentem naturam possibiles vel sub commenticia conditione. — Jam si, quod in parab. duntaxat ut possibile spectetur, aliquando evenisse fingamus: fabulas existere, et ex primo quidem parab. genere rationales h. e. absolute possibiles (quae fieri vel soleant vel possint certe) ex altero morales h. e. sub conditione, ut vel subjecta quae finguntur, exsistant vel rebus fictae dotes tribuantur“. Ita Storrius

---

34) Reprobat Storrii discrimen idem Scholtenius p. 55 ff. —

secutus Lessing S. 178. qui Aphthonii [35]) partitionem ad Wolfii philosophiam [36]) paululum mutaverat. §. 4 Storrius addit, rationales Christi fabulas ab Evangelistis contra graecam consuetudinem παραβ. esse vocatas. §. 5 pergit Lessingii [37]) fabellae divisionem transferre in Jesu Parabb., ut sint vel simplices, si moralis doctrina universe illustretur fabula, vel compositae, ubi ad certum quendam eventum illustrandum speciatim pertineat. §. 6–8 distinguit fabb. Christi, quae generalis quam inculcant doctrinae exempla sint, et quae „ejus etiam ipsius imagines sint et allegoriae". Sed nolo jam pergere in hac philosophi expositione; jam satis videbitis, utrum rem explicuerit magis, an implicuerit Storrius; atque num iniquе eum dixerim haud commode et prospere Lessingianae opinioni dissertationem suam superstruxisse. Immo ipse p. 14. confessus est, in vulgari sermone incommodum esse, si Parabb. Jesu in fabulis numerentur; sed quod addit „in hac tractatione id opus fuisse", tractatio ipsa refutat. Ceterum quam parum Fabulae nomen, quidquid ad Grotii [38]) et Cocceji [39]) exemplar provocet Storrius, Parabolarum Jesu praestantiae conveniat, et vestri animi sensus judicabit, et ex antea expositis satis apparebit. Vidimus enim differentiam Parab. specificam quam vocant, qua longe maxime Fabulas superat, esse praeter seriam indolem [40]) in duplici potissimum nota: primum rei illustrandae sublimitate: quam notam bene tenent Krummacherus, qui S. 429. scripsit: *Die hebr. Parabel kann zu einer weit höheren Sphäre erheben, als die Apologen der Griechen. Sie führt alsdann dem Menschen, als einem Mitgliede eines höheren unsichtbaren Reiches, die Natur vor als ein Bild,*

35) Progymn.: *τοῦ δὲ μύθου, τὸ μέν ἐστι λογικὸν τὸ δὲ ἠθικόν, τὸ δὲ μίκτον, καὶ λογικὸν μὲν ἐν ᾧτι ποιῶν ἄνθρωπος πέπλασται, ἠθικὸν δὲ τὸ τῶν ἀλόγων ἦθος ἀπομιμούμενον.* — 36) Philos. pract. univ. P. II. §. 303. — 37) *Abh.* 4. S. 114. — 38) ad Mt. 13, 10. — 39) Schol. in Mt. 20. p. 32. — 40) Ballauf. S. 75. —

nicht damit er allgemeine Wahrheiten und Erfahrungssätze daraus lerne und erkenne, sondern damit er das Höchste und Uebersinnliche in ihr erschaue [41]): tenent etiam Eylertus [42]), Poelitzius [43]), Wohlfarthius, potissimum Bartels. qui S. 75.: *es ist ihr Charakter, dass sie übersinnliche Ideen aus Natur- und Menschenleben versinnlichen.* Altera, qua Parab. a Fab. differt, nota est in rei illustrantis verisimilitudine: quae nota a Bauero, Tzschuckio [44]), Bartelsio [45]), Hessio [46]), a Fritzschio nostro in Comment. [47]) et a Niednero nostro [48]), a Brouw. et Scholt. notata, a Wohlfarthio vero aliisque praetermissa, Parab. Christi simul discernit a μύθοις Graecorum philosophicis apud Platonem al., ut κοσμογον. θεογον., qui tanquam ex sublimiori rerum natura libere sunt conficti, et pariter a seriori narrationis collatae specie illis μύθοις simili, a Legendis Rosswithae, Herderi, Kosengarteni al. quarum similes etiam in Talmude. Apologus igitur rem fictam ut in inferiore quam humana rerum natura, Mythus et Legenda ut in superiore gestam narrat. Verum Parab. rerum naturae et vitae humanae conditionem ac rationem vere quasi repetit. Similiter Krummacherus S. 435.: *Die Par. entlehnt ihren Stoff aus der Sinnenwelt, aus der Natur und dem Menschenleben, die sie gerade so darstellt, wie sie sind, und zwar in ihren allgemein als wahr anerkannten und bekannten Zügen*, vel potius, ut mallem dixisset: *in ihren leicht allgemein als wahr erkennbaren oder schon bekannten Zügen.* Unde Erasm. ad Mrc. 4. vocat rerum notissimarum similitudines. Id quod in omnibus Jesu Parabb. agnoscetis praeter Parab. de homine divite Lc. 12, 20. ubi εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ θεός et de

41) cf. *Krummach. Par. Vorrede.* — 42) *Abh.* S. 10 *f.* — 43) *Gesammtgebiet* 3, 443. — 44) Comm. c. §. 11. — 45) *Spec. Hom.* S. 28. — 46) *bibl. Gesch.* 14, 385. — 47) ad Mt. 13, 7. — 48) Diss. de loco Lc. 16, 1 sqq. Lips 1826.

bus ejus Institutionibus paret: cum contra Ciceroni n... nus recte oblectatio ista plerumque in finibus simul h... beatur [3]. Aristot. etiam (1, 2. τὸ πιθανὸν pro nota or... toriae habet [4]) et Plat. Gorg. appellat ὀημιουργὸν πειθοῦ. Illustratio igitur cum sit aut poetica aut oratoria: Pa... bolae item duplex erit modus, aut poeticae aut oratori... In poeticis Parabb. ubi praevalet oblectandi consili... ac vis, quanquam persuadendi etiam fortasse adjuncta est, numeraverim Krummacheri potissimum Para... bolas [5]. ut ipse pariter atque Apologos suos ad poesin retulit [6]), item C. Hahnii [7]; et quae passim sunt apud alios poetas, ut Lessingii illa „*die drei Ringe*“, etiam nonnullas, quae ibi Fabulae sunt nominatae, ut Gellerti „*der Jüngling*“. Sed ut ab εἰκόσι παραβολαὶ apud veteres scriptores, ita ab his recentioris poeseos Parabolis (quo etiam Poelitzius refert) differunt cum orientales, tum Jesu potissimum, utpote quibus non tam propositum sit delectare, quam persuadere. Oratoriam autem hanc vim atque etiam orationis indolem si ostenderimus: vix cum Bartelsio et plerisque Jesu Parr. in poeticis, sed in oratoriis habebitis.

Diximus antiquos quoque rhetores παραβολῇ suam vim tribuisse oratoriam. Jam cum hanc παραβ. sns. strict. et generali collationis et speciali quoque verisimilitudinis nota cum nostra Parab. convenire viderimus: vires etiam quadam parte utrique communes fore, probabile est. Audiamus itaque rhetores illos, an forte jam ex his Parab.

---

3) cf. d. Or. 2, 26. 28. — 4) Aristot. definitionem primo quidem obtutu mancam, sed satis subtilem, aeque subtiliter defendit Schotten Theorie d. Beredts. 1, 113 ff. — 5) 3. Bdch. 5te Aufl. Essen 820. — 6) Vorr. p. XXIV. Fabellae etiam duplex modus: poet. et orator. Aphthon. Progymn. initio. ὁ μῦθος, inquit, ποιητῶν μὲν προῆλθεν, γεγένηται δὲ καὶ ῥητόρων κοινὸς ἐκ παραινέσεως. Aristot. ff. Heidenreichius apologos oratoriae accensent. — 7) Parabeln. Beim Unterrichte d. denkenden Jugend in der Sittenlehre zum Grunde zu legen (?) 1. Bdch. L. 811. —

nostrae vim oratoriam ex parte cognoscamus. Referunt ei parabolam suam ad κοινὰς πίστεις; communes probationes, quae sunt secundum Aristot. 2, 20. δύο τῷ γένει παράδειγμα καὶ ἐνθύμημα. Posterius est syllogismus rhetoricus. Sed παράδειγμα, ut 1, 2 ipse interpretatur, ἐπαγωγή (inductio) ῥητορική i. e. τὸ ἐπὶ τῶν πολλῶν καὶ ὁμοίων δείκνυσθαι ὅτι οὕτως ἔχει. De vi autem: πιθανοὶ μέν, inquit, οὐχ ἧττον οἱ λόγοι οἱ διὰ τῶν παραδειγμάτων. et 2, 20. δεῖ δὲ χρῆσθαι τοῖς παραδείγμασι, μὴ ἔχοντα μὲν ἐνθυμήματα, ὡς ἀποδείξεσιν· ἡ γὰρ πίστις διὰ τούτων· ἔχοντα δὲ ὡς μαρτυρίοις, ἐπιλόγοις χρώμενον ἐπὶ ἐνθυμήμασι. Jam 2, 20, ut supra retulimus, παραδειγμάτων modos refert facta exempla et ficta, atque inter haec quidem παραβ. et λόγους Αἰσώπ. Et tanquam παραβ. speciem (non genus) nominat τὰ Σωκρατικά, eum videlicet inductionis modum „quo plurimum est Socrates usus“ 8). Similem rationem, indicandi parabolae vim, reperietis in Cic. d. Inv. 1, 30 s. et Part. 11: ubi „maximam autem facit fidem, inquit, ad similitudinem veri primum exemplum, deinde introducta rei similitudo; fabula etiam nonnunquam, etsi est incredibilis, tamen homines movet.“ Pariter in Top. 10, ubi post similem partitionem „ficta etiam exempla, inquit, habent similitudinis vim; sed ea oratoria magis sunt“. Similiter quoque versatur Quinct. 5, 11. qui quidem 8, 3, 72. addit, ut supra retulimus: „Praeclare vero ad inferendam rebus lucem repertae sunt similitudines ss.“ et cautionem hanc ponit: „Debet quod illustrandae alterius rei gratia assumitur, ipsum clarius esse eo, quod illuminat“. Varinus Phav. ex rhetoribus de παραβ. sns. lat. scripsit: γίγνονται τριῶν ἕνεκεν, αὐξήσεως, ἐναργείας καὶ σαφηνείας. Ἐναργείαν evidentiam s. repraesentationem Arist. etiam μεταφορᾷ in universum tribuit 3, 11. πρὸ ὀμμάτων ποιεῖ ὡς ἤδη ἐνεργοῦντα, Cic. Or. 3, 38. 40. 9) „ad sensus ipsos admovet, maxime oculo-

8) Cic. Inv. 1, 31. — 9) cf. de Or. 3, 53. —

rum"; idem „lumina verborum" appellat. Ita hi rhetores, recte quidem, sed tantum in universum, neque sufficienter, cum, ut locus ferebat, de probatione fere sola dixerint, neque qualis, neque quomodo ex parabola sua exoriatur, satis ostenderint.

Partim igitur ex his quidem Parab. vim oratoriam poterimus colligere, sed parum sufficit, ne ad illius quidem parab. sns. str. vim ostendendam. Collatio ipsa quomodo fiat, et qualis et quomodo ex ea cum in parab. strict., tum maxime in nostra Parabola fiat persuasio tota h. e. intelligentia sensusque, fides et voluntas, id jam erit explicandum. Talem autem explicationem cum nusquam legerim [10]: qualem equidem tentavi, simpliciter proponam empiricae vestrae psychologiae examinandam.

Collatio, in quam inquirimus, fit per imaginationem modo per reproductivam quam vocant, modo per productivam. Reproductiva mea imaginatio rerum vel actionum imagines qualis (non quas) intuitus sum, et earum vires quales sensi, ita denuo producit, ut jam denuo intueri ac sentire tales mihi videar. (Differt a reminiscentia, quae definitae rei actionisve imagines ac vim repetit; ut in collatione verorum exemplorum; quanquam utraque haec efficacia finitima est, junctaque interdum altera alteram auget). Productiva autem imaginatio novas ex talibus rebus actionibusve visis ac sensis producit compositiones, eoque novas imagines ac vires. Talis igitur rei actionisve imago ac vis reproducitur per imaginationem meam, cum collatio fit (et quidem in parab. sns. str. plerumque reproducitur, produci-

10) Quod Herderus *zerstreute Blätter Sammlung* 3. de imagine sagaciter monuit, parum facit huc, ubi non dicimus de inventione sed de vi imaginum. Neque fufficiunt, quae Scholtenius p. 81 s. monuit pauca de sensuum vi, cognitionis ac persuasionis juvandae, neque quae Wohlfarth. verbosius quam subtilius in diss. memorata disseruit. —

tur autem in Par. strictiss.). Namque ad rem, quam, ultro cogito (vel jubeor cogitare) suscito (vel alter suscitat) per meam imaginationem talem imaginem ac vim reproducendam vel producendam. Jam imaginatio mea rem illam ad repraesentatam hancce imaginem ac vim adfert, et ex ratione vel indicata vel ipsi reperta, qua utraque res admodum similis vel admodum dissimilis apparet, hanc ad illam et vicissim refert h. e. quod diximus: rem ad rem ex similitudine confert (non comparat h. e. notas ἀναλογίας distincte dijudicat, quod est judicii: cui quidem hic quodammodo finitima est imaginatio). Ubi igitur primo rem illam tantum cogitabam h. e. conscientia coagitabam, ejusdem indoles tanquam obscura imago, tanquam umbra meae imaginationi obversabatur s. agitabatur: eoque magis, sicubi de indole agitur sensibus subtracta. Jam vero haec indoles in imagine per imaginationem repraesentata et collata tanquam fixa et illuminata mihi ostenditur, παραδείκνυται: imago igitur est, quod diximus παράδειγμα, et per eam indoles illius rei illustratur paene proprio sensu: ita ut in imagine repraesentata indolem illam intueri mihi ac sentire videar. (Est haec ἐνάργεια, evidentia illa s. repraesentatio, quam modo ex antiquis rhetoribus audivimus per methaphoram fieri). Et quidem non singulas tantum illius indolis notas illustrat, sed in unum obtutum collectas, lumina in imaginationem composita. Quod autem ita sensibus subtractam indolem illam in imagine fixam et illuminatam et in unum obtutum redactam tanquam oculis intueor et tactione sentio, lubentius et facilius animum h. e. intellectum et sensum sns. sublim. adverto et attendo; facilius et satius intelligo et sentio. Et vicissim quod ita non intelligo tantum atque animo sentio, sed tanquam intueor et tactione sentio, lubentius et facilius fidem assensumque habeo. Non quidem haec rei actionisve imago ac vis per imaginationem repraesentata, illam rei cogitatae

indolem sensibus subtractam, demonstrat (id quod in matheseos tantum figuras, non in oratorias cadit) demonstrat, neque per se probat, ut argumentatio et ratiocinatio, sed illustrat h. e. sns. emphat.: apertiorem intelligentiam sensumque vehementiorem facit: atque illustrando demum probat h. e. fidem facit. Id quod Flacius[11]) videtur sibi voluisse, cum, quod de exemplis omnino in proverbio est, scriberet de Parabb.: „non tam probant, quam illustrant". Itaque recte quidem Arist. qui ab ἐνθυμήματι, syllogismo oratorio, distinguit παράδειγμα atque huic παραβ. admunerat; sed recte etiam addit: πιθανοὶ οὐχ ἧττον οἱ λόγοι διὰ παραδειγμάτων. Immo magis plerumque persuasibiles, cum exempli lux quaedam ac calor vehementiorem fidem faciat, quam abstracta ut vocant, et frigida ratiocinatio. Etenim ut est in proverbio: „quod oculi vident, animus credit": ita quod oculis et manu tangere nobis videmur, facilius et lubentius credimus; haec enim remanet vel cultissimi hominis natura sensibus adstrictior. Denique quod ita intelligentiam et fidem facit, etiam voluntatem movet: eoque magis, quo magis paene in conspectu ac tactione, et quidem in una ac tota quadam, nobis est, et quo facilius ita simul in memoria tanquam in imagine fixa, illuminata, collecta remanet. Ita collatio illustrando intelligentiam sensumque fidem et voluntatem, itaque persuasionem facit. Maxime autem hanc per collationes persuasionem cadere in mentes pueriles et populares, experientia testis est, et facile inde explicatur, quod earumdem sola fere imaginatio culta et exercitata sit atque etiamnum per communis vitae ac negotii rationem, immo per sermonem etiam vulgarem, potissimum exerceatur. Unde in his maxime de collationibus valet, quod Seneca de exemplis omnino scripsit: „longum iter per praecepta, breve et efficax per exempla." Lessius[12]): *Schon der Um-*

---

11) Clav. II. p. 206. — 12) *Ueber d. Par. v. reichen Mann.* Dom. 1.

gang mit Kindern lehrt es, dass Exempel (Parabeln) beides auf unsern Verstand und Herz viel kräftiger wirken, als trockene Lehren. Sie machen uns die unsichtbare Wahrheit sichtbar, zeigen sie uns im Leben und bringen sie uns vor die Sinne. Und eben darum belehren sie unsern Verstand besser und rühren unser Herz weit kräftiger." Pueriles igitur et populares mentes ad collationes lubentius et facilius attendunt, per eas facilius et satius intelligunt, credunt, ad voluntatem moventur, per eas facilius et firmius memoria rem retinent, ita ut, sin nunc non penitus intellexerint sed sibi videantur tantum, tamen memoria itentidem recultam satius sint intellecturi. Bene enim Glassius [13]: „Similitudines ejusmodi, inquit, diutius animo obversantur et recurrunt quasi ad quemvis conspectum istarum rerum, a quibus depromtae sunt." Et Dinterus Malwina [14]: *Winke in Gleichnissen regen den Geist des Denkenden an, und sind selbst Schwachen oft Herbstsaat, die der Frost zu tödten scheint, und die doch nach vier- bis fünfmonatlichem Schlummer dem Boden entgrünt.*

Ita igitur de collatione ejusque vi oratoria in universum. Jam collationum quarumque indoles quaeque vel minorem vel auctiorem hanc vim exseret: quo enim clarior ipsa imago illustrans, quo propior, quo similior aptiorque rei illustrandae, quo gratior, et sic porro: eo magis illustrabit, et quidem modo per intuitum potissimum, modo per tactionem; illustrando autem persuadebit. Interdum redditione contraria, interdum nonnisi pauca quadam similitudinis significatione opus erit. Sed de his collationis modis dicere, nunc parum ad nos. Hic quaerendum nobis hoc tantum maxime est, utrum sint collationes, quibus per se, non tantum utpote illustrandi subsidiis, sed tanquam veritatis testimoniis et argumentis, fiat persuasio. Quaeritur, utrum collatio

---

Trin. — 13) Philol. S. 2, 1, 2, 5. — 14) *Malwina. Ein Buch*

rum"; idem „lumina verborum" appellat. Ita hi rhetores, recte quidem, sed tantum in universum, neque sufficienter, cum, ut locus ferebat, de probatione fere sola dixerint, neque qualis, neque quomodo ex parabola sua exoriatur, satis ostenderint.

Partim igitur ex his quidem Parab. vim oratoriam poterimus colligere, sed parum sufficit, ne ad illius quidem parab. sns. str. vim ostendendam. Collatio ipsa quomodo fiat, et qualis et quomodo ex ea cum in parab. strict., tum maxime in nostra Parabola fiat persuasio tota h. e. intelligentia sensusque, fides et voluntas, id jam erit explicandum. Talem autem explicationem cum nusquam legerim [10]; qualem equidem tentavi, simpliciter proponam empiricae vestrae psychologiae examinandam.

Collatio, in quam inquirimus, fit per imaginationem modo per reproductivam quam vocant, modo per productivam. Reproductiva mea imaginatio rerum vel actionum imagines quales (non quas) intuitus sum, et earum vires quales sensi, ita denuo producit, ut jam denuo intueri ac sentire tales mihi videar. (Differt a reminiscentia, quae definitae rei actionisve imagines ac vim repetit; ut in collatione verorum exemplorum; quanquam utraque haec efficacia finitima est, junctaque interdum altera alteram auget). Productiva autem imaginatio novas ex talibus rebus actionibusve visis ac sensis producit compositiones, eoque novas imagines ac vires. Talis igitur rei actionisve imago ac vis reproducitur per imaginationem meam, cum collatio fit (et quidem in parab. sns. str. plerumque reproducitur, produci-

---

10) Quod Herderus *zerstreute Blätter Sammlung* 3. de imagine sagaciter monuit, parum facit huc, ubi non dicimus de inventione sed de vi imaginum. Neque fufficiunt, quae Scholtenius p. 81 s. monuit pauca de sensuum vi, cognitionis ac persuasionis juvandae, neque quae Wohlfarth. verbosius quam subtilius in diss. memorata disseruit. —

tur autem in Par. strictiss.). Namque ad rem, quam ultro cogito (vel jubeor cogitare) suscito (vel alter suscitat) per meam imaginationem talem imaginem ac vim reproducendam vel producendam. Jam imaginatio mea rem illam ad repraesentatam hancce imaginem ac vim adfert, et ex ratione vel indicata vel ipsi reperta, qua utraque res admodum similis vel admodum dissimilis apparet, hanc ad illam et vicissim refert h. e. quod diximus: rem ad rem ex similitudine confert (non comparat h. e. notas ἀναλογίας distincte dijudicat, quod est judicii: cui quidem hic quodammodo finitima est imaginatio). Ubi igitur primo rem illam tantum cogitabam h. e. conscientia coagitabam, ejusdem indoles tanquam obscura imago, tanquam umbra meae imaginationi obversabatur s. agitabatur: eoque magis, sicubi de indole agitur sensibus subtracta. Jam vero haec indoles in imagine per imaginationem repraesentata et collata tanquam fixa et illuminata mihi ostenditur, παραδείκνυται: imago igitur est, quod diximus παράδειγμα, et per eam indoles illius rei illustratur paene proprio sensu: ita ut in imagine repraesentata indolem illam intueri mihi ac sentire videar. (Est haec ἐνάργεια, evidentia illa s. repraesentatio, quam modo ex antiquis rhetoribus audivimus per methaphoram fieri). Et quidem non singulas tantum illius indolis notas illustrat, sed in unum obtutum collectas, lumina in imaginationem composita. Quod autem ita sensibus subtractam indolem illam in imagine fixam et illuminatam et in unum obtutum redactam tanquam oculis intueor et tactione sentio, lubentius et facilius animum h. e. intellectum et sensum sns. sublim. adverto et attendo; facilius et satius intelligo et sentio. Et vicissim quod ita non intelligo tantum atque animo sentio, sed tanquam intueor et tactione sentio, lubentius et facilius fidem assensumque habeo. Non quidem haec rei actionisve imago ac vis per imaginationem repraesentata, illam rei cogitatae

indolem sensibus subtractam, **demonstrat** (id quod in matheseos tantum figuras, non in oratorias cadit) sed monstrat, neque per se probat, ut argumentatio et ratiocinatio, sed illustrat h. e. sns. emphat.: apertiorem intelligentiam sensumque vehementiorem facit: atque illustrando demum probat h. e. fidem facit. Id quod Flacius [11]) videtur sibi voluisse, cum, quod de exemplis omnino in proverbio est, scriberet de Parabb.: „non tam probant, quam illustrant". Itaque recte quidem Arist. qui ab ἐνθυμήματι, syllogismo oratorio, distinguit παράδειγμα atque huic παραβ. admunerat; sed recte etiam addit: πιθανοὶ οὐχ ἧττον οἱ λόγοι διὰ παραδειγμάτων. Immo magis plerumque **persuasibiles**, cum exempli lux quaedam ac calor vehementiorem fidem faciat, quam abstracta, ut vocant, et frigida ratiocinatio. Etenim ut est in proverbio: „quod oculi vident, animus credit": ita quod oculis et manu tangere nobis videmur, facilius et lubentius credimus; haec enim remanet vel cultissimi hominis natura sensibus adstrictior. Denique quod ita intelligentiam et fidem facit, etiam voluntatem movet: eoque magis, quo magis paene in conspectu ac tactione, et quidem in una ac tota quadam, nobis est, et quo facilius ita simul in memoria tanquam in imagine fixa, illuminata, collecta remanet. Ita collatio illustrando intelligentiam sensumque fidem et voluntatem, itaque persuasionem facit. Maxime autem hanc per collationes persuasionem cadere in mentes pueriles et **populares**, experientia testis est, et facile inde explicatur, quod earumdem sola fere imaginatio culta et exercitata sit atque etiamnum per communis vitae ac negotii rationem, immo per sermonem etiam vulgarem, potissimum exerceatur. Unde in his maxime de collationibus valet, quod Seneca de exemplis omnino scripsit: „longum iter per praecepta, breve et efficax per exempla." Lessius [12]): *Schon der Un-*

---

11) Clav. II. p. 206. — 12) *Ueber d. Par. v. reichen Mann.* Dom. 1.

gang mit Kindern lehrt es, dass Exempel (Parabeln) beides auf unsern Verstand und Herz viel kräftiger wirken, als trockene Lehren. Sie machen uns die unsichtbare Wahrheit sichtbar, zeigen sie uns im Leben und bringen sie uns vor die Sinne. Und eben darum belehren sie unsern Verstand besser und rühren unser Herz weit kräftiger." Pueriles igitur et populares mentes ad collationes lubentius et facilius attendunt, per eas facilius et satius intelligunt, credunt, ad voluntatem moventur, per eas facilius et firmius memoria rem retinent, ita ut, sin nunc non penitus intellexerint sed sibi videantur tantum, tamen memoria itentidem recultam satius sint intellecturi. Bene enim Glassius[13]: „Similitudines ejusmodi, inquit, diutius animo obversantur et recurrunt quasi ad quemvis conspectum istarum rerum, a quibus depromtae sunt". Et Dinterus Malwina[14]: Winke in Gleichnissen regen den Geist des Denkenden an, und sind selbst Schwachen oft Herbstsaat, die den Frost zu tödten scheint, und die doch nach vier- bis fünfmonatlichem Schlummer dem Boden entgrünt.

Ita igitur de collatione ejusque vi oratoria in universum. Jam collationum quarumque indoles quaeque vel minorem vel auctiorem hanc vim exseret: quo enim clarior ipsa imago illustrans, quo propior, quo similior aptiorque rei illustrandae, quo gratior, et sic porro: eo magis illustrabit, et quidem modo per intuitum potissimum, modo per tactionem; illustrando autem persuadebit. Interdum redditione contraria, interdum nonnisi pauca quadam similitudinis significatione opus erit. Sed de his collationis modis dicere, nunc parum ad nos. Hic quaerendum nobis hoc tantum maxime est, utrum sint collationes, quibus per se, non tantum utpote illustrandi subsidiis, sed tanquam veritatis testimoniis et argumentis, fiat persuasio. Quaeritur, utrum collatio

---

Trin. — 13) Philol, S. 2, 1, 2, 5. — 14) *Malwina. Ein Buch*

indolem sensibus subtractam, demonstrat (id quod in matheseos tantum figuras, non in oratorias cadit) demonstrat, neque per se probat, ut argumentatio et ratiocinatio, sed illustrat h. e. sns. emphat.: apertiorem intelligentiam sensumque vehementiorem facit: atque illustrando demum probat h. e. fidem facit. Id quod Flacius [11]) videtur sibi voluisse, cum, quod de exemplis omnino in proverbio est, scriberet de Parabb.: „non tam probant, quam illustrant". Itaque recte quidem Arist. ab ἐνθυμήματι, syllogismo oratorio, distinguit παράδειγμα atque huic παραβ. admunerat; sed recte etiam addit: πιθανοὶ οὐχ ἧττον οἱ λόγοι διὰ παραδειγμάτων. Immo magis plerumque persuasibiles, cum exempli lux quaedam ac calor vehementiorem fidem faciat, quam abstracta ut vocant, et frigida ratiocinatio. Etenim ut est in proverbio: „quod oculi vident, animus credit": ita quae oculis et manu tangere nobis videmur, facilius et lubentius credimus; haec enim remanet vel cultissimi hominis natura sensibus adstrictior. Denique quod ita intelligentiam et fidem facit, etiam voluntatem movet: eoque magis, quo magis paene in conspectu ac tactione, et quidem in una ac tota quadam, nobis est, et quo facilius ita simul in memoria tanquam in imagine fixa, illuminata, collecta remanet. Ita collatio illustrando intelligentiam sensumque fidem et voluntatem, itaque persuasionem facit. Maxime autem hanc per collationes persuasionem cadere in mentes pueriles et populares, experientia testis est, et facile inde explicatur, quod earundem sola fere imaginatio culta et exercitata sit atque etiamnum per communis vitae ac negotii rationem, immo per sermonem etiam vulgarem, potissimum exerceatur. Unde in his maxime de collationibus valet, quod Seneca de exemplis omnino scripsit: „longum iter per praecepta, breve et efficax per exempla." Lessius [12]): *Schon der Un-*

---

11) Clav. II. p. 206. — 12) *Ueber d. Par. v. reichen Mann.* Dom. I.

gang mit Kindern lehrt es, dass Exempel (Parabeln) beides auf unsern Verstand und Herz viel kräftiger wirken, als trockene Lehren. Sie machen uns die unsichtbare Wahrheit sichtbar, zeigen sie uns im Leben und bringen sie uns vor die Sinne. Und eben darum belehren sie unsern Verstand besser und rühren unser Herz weit kräftiger. Pueriles igitur et populares mentes ad collationes lubentius et facilius attendunt, per eas facilius et satius intelligunt, credunt, ad voluntatem moventur, per eas facilius et firmius memoria rem retinent, ita ut, sin nunc non penitus intellexerint sed sibi videantur tantum, tamen memoria itentidem recultam satius sint intellecturi. Bene enim Glassius [13]): „Similitudines ejusmodi, inquit, diutius animo obversantur et recurrunt quasi ad quemvis conspectum istarum rerum, à quibus depromtae sunt". Et Dinterus Malwina [14]): *Winke in Gleichnissen regen den Geist des Denkenden an, und sind selbst Schwachen oft Herbstsaat, die der Frost zu tödten scheint, und die doch nach vier- bis fünfmonatlichem Schlummer dem Boden entgrünt.*

Ita igitur de collatione ejusque vi oratoria in universum. Jam collationum quarumque indoles quaeque vel minorem vel auctiorem hanc vim exseret: quo enim clarior ipsa imago illustrans, quo propior, quo similior aptiorque rei illustrandae, quo gratior, et sic porro: eo magis illustrabit, et quidem modo per intuitum potissimum, modo per tactionem; illustrando autem persuadebit. Interdum redditione contraria, interdum nonnisi pauca quadam similitudinis significatione opus erit. Sed de his collationis modis dicere, nunc parum ad nos. Hic quaerendum nobis hoc tantum maxime est, utrum sint collationes, quibus per se, non tantum utpote illustrandi subsidiis, sed tanquam veritatis testimoniis et argumentis, fiat persuasio. Quaeritur, utrum collatio

---

Trin. — 13) Philol. S. 2, 1, 2, 5. — 14) *Malwina. Ein Buch*

quaedam per se possit docere aliquid et tanquam ver probare, et quidem, de quo solo hic attinet dicere, a quid sensibus subtractum. Atque collationi quidem ip per imaginationem obversanti h. e. imagini ejusque rem alteram ex similitudine collationi talis probatio n quaquam competit, cum inanes ac falsas interdu reproducat et saepius etiam producat imagines et v res et fallaci modo rem utramque interdum confer (unde multus collationum ad falsam persuasionem ab sus). Deberet igitur probatio illa convenire rebus act nibusve ipsis quondam visis sensisque, quorum nunc i collatione imaginatio imagines ac vires reproducit v ex quibus novas imagines ac vires producit. Rebus ig tur naturae et actionibus humanis ipsis doceri ac prob deberet indoles quaedam rei sensibus subtractae. Deb rem autem ponere earumdem rerum vel actionum cu hac indole analogiam. Ut autem hoc possem, deberen omnino ponere rerum naturae et actionum humanar analogiam cum rebus sensibus subtractis. Jam de se sibilis rerum naturae atque rerum naturae sensibus sub limioris analogia quadam per inductionem persuasu quidem nobis est facile omnibus cum SCHOTTO 15) et plerisque omnibus. Eatenus igitur possent interdum col lationes ex rerum natura petitae docere et probare ve ritatem non tantum illustrando, sed ex analogia et sen sibilis et superioris naturae. At tum primum ad rerum naturae veritatem debebit reproducta vel producta esse imago ac vis imaginationis; deinde rei collatae atque a terius cogitatae analogia debebit ipsa ostendi posse: quod per inductionem denum posset, plerumque vero prorsus non potest. Ita si confero hominem, qui se ul ciscitur, cum ape, quae se ulta aculeum amiserit ideo que enecetur a reliquis: ad ultionis poenam certo imma nentem conjicere primum tanquam naturae legem, hanc

---

für gebildete Mütter 2te Aufl. S. 330. — 15) *Theorie d. Beredts.*

...ro per inductionem similium exemplorum plerorumque ...tendere, tum humanae actionis cum hac naturae lege ...alogiam monstrare deberem; et nunc demum ex apis ...rte certam ultionis humanae poenam, possem probare. ...d tales collationes (quales Fabulae esse debent sensu ...erderi et Krummacheri [16]), nunquam fere suppetunt, et ...ales tanquam ejusmodi circumferuntur, non tuto pro... ...nt. Enimvero sensibilis rerum naturae volumen ipsum ...i parum evolutum nobis obversatur et ejusdem atque ...perioris naturae analogia magis etiam in ἱερογλυφικοῖς ...bis est, ut collationibus naturae vix tuto conveniat ...s, qua veritatem ipsae doceant ac probent: unde etiam ...quens collationum ad superstitionem ac commenta ...aelibet abusus. Summum est in hoc genere, siquando ...m, subliniorem alioquin inopinatam ostendit possibi... ...em (ut c. Quinct. dicamus) vel adeo verisimilem. ...llationes igitur naturae non probant ac persuadent, ...si illustrando, vel, ad summum, ostendendo possibilita... ...m, vel adeo verisimilitudinem.

At collationibus ex actionibus humanis annon per se ...obandi vis competit? Primum hae quoque deberent ad ...tionum humanarum veritatem reproductae vel produ... ...ae esse, et quidem earum, quales esse soleant: ita... ...e ad vitam communem. Jamvero ne his quidem ...tionibus, ubique ac semper solitis, probatio conveniret ...sis, sed caussae hujus concinnitatis communis: ni... ...rum animo s. pectori humano, quatenus in omnibus ...let consentire, etiamnum vel in corruptissimo homine. ...que igitur cujusvis animus humanus consentit, ...per actionem debebit ostendi atque talis actio imagi... ...tioni repraesentari, si rem alteram sublimiorem per ...llationem vitae humanae velis probare. Sed jam et ...imi humani cum illa sublimiori re analogia quaedam ...enda et ostendenda erit. Hanc ut ponamus, postu... ...t animus ipse; ostendi argumentatione vel ratiocina...

201 *ff.* — 16) *Geist und Form. d. evang. Gesch. S.* 427. —

